luit Bar. § tempus in finuādi non currit ignorāti et ex tūc ita semper fuit practicatū per istā. l.

v **Oluntarie tutele.** Habēs puilegiū circa plura per actū contrariū in vno actu specialiter factū non perdit in alijs. h. d. facit. §. ad velley. l. iubem⁹. Et hanc. l. repetierūt vltramōtani et examināt vtrū perdat priuilegium per actū contrariū. vide ypc p eos. Canoniste etiā examināt melius extra de osti. c. cū accessissent p materiā huius. l. voluntarie.

s **Eueriter preses.** Not. hāc b l. seueriter. contra iudicē inquirētem q̄ si absoluat inquisitum tenetur ei in expēsis. si eū dolo vel lata culpa temere fatigauit. qđ est verum fm Cy. Item potest ille inquisitor criminaliter puniri tenemēti.

q **Uanq̄.** Finita tutela durat questio inchoata propter periculum me dij tēporis. h. d. ¶ In tex. ibi admissa. No. q̄ potest appellari si iudex nō admittit admittēda qđ no.

l **Icet orationis.** In. l. lz. No. q̄ socer non potest esse curator nurus.

i **Nusitatam rem.** Licet mat sit obitrix nō excusat tñ a tutela filij. h. d.

h **Umanitatis.** Non cogit qs suscipere tutelam vel patrociuium contra fratres vel filios fratris. nec etiā diceret confidatus in causa. h. d. ¶ No. q̄ consanguinei possunt allegari suspecti.

¶ Si ex falsis allegationib⁹ tutor excusat⁹ sit. Rubri.

s **I absentibus.** Tutor al legat⁹ seu excusat⁹ ipso iure nō tenet. h. d. ¶ In tex. ibi volebant. No. quēlibet offerentē se de fensioni posse [illegible] ¶ In tex. ibi prosit. No. q̄ nō [illegible]

g ¶ Cōsuluit bar. vide bar. in. l. q̄dam. §. q̄ admi. et i. l. pe. §. q̄ pe. tuto.

b ¶ No. hanc vid bal. i. iub. §. de pe. in. qui ma. iu. cū scor dā. et i. l. sanci mus. i. xij. q. §. de iudi.

¶ De curatore furiosi vel prodigi. Rubrica.

c **Uratores.** Finita causa naturali inspicit cā accidētalis. h. d. Premitte q̄ pupillus habet tutorem. et adultus curatorē inspecta causa naturali. i. inspecta etate q̄ naturalis est et fm naturā Furiosus vo et prodigus habet curatorē inspecta causa accidētali: q2 extra naturā est q̄ quis sit prodigus vl furiosus: et ideo nō presumit. vt no. §. de codicil. l. nec codicillos. q̄dm igitur durat causa naturalis inspicim⁹ eam solā: ca finita inspicimus causam accidētalem. effectus estiste primo in forma dationis: q2 adultus furiosus recipiet curatorē vt adultus et nō vt furiosus: hinc sequitur q̄ nō habebit legitimū curatorem sz datiuum: lz furiosus sit sub cura legitimoz. vt not. insti. de cura. §. furiosi. et §. de episco. audiē. l. de creationibus. ¶ Itē terminū cure faciet etas non furor. vñ non erit curator post eā perfectā lz duret furor: nec desinet esse ante etatē pfectā lz cessz furor. ¶ Itē et diuersa est auctas curatoꝝ adulti et curatoꝝ furiosi vt pz ex omētj duaꝝ legū. s. ð ad mi. tu. l. cū q̄dam. §. et j. e. l. fi. §. fin aūt in furore. Nūc intelligitis in. l. qui habet. ff. de tutelis. Sed op. et videt q̄ inspiciat accidēs furor et nō natura vt. ff. de postu. l. i. bestias. So. aut cā naturalis et accidentalis tēdunt ad eundē finē. tūc inspicimus cām naturalem vt h. aut tendunt ad otrarios fines. tūc inspicim⁹ cām accidentalē. vt in oˀio. sicut vbi veritas et fictio tēdunt ad eundē finem inspicit vitas. vbi ad oˀios fines inspicitur fictio vt. ff. de libe. et posthu. l. filio quez pater. et. l. gallus. §. si eius. de libe. et posthu. ¶ In tex. ibi impleta. s. denum. ¶ In tex. ibi tribui. s. tanq̄ furiosis et prodigis. Nota hic q̄ adulti possunt esse prodigi. ¶ In glo. ibi loco ibi absenti. No. remedium⁹ q̄n vis cōtemre absentē qui nō dimisit pcura. q̄ facias dari curatorē bonis qđ tenementi. ¶ In ea. gl. ibi. l. ab hostibus. dic vt ibi no. ¶ In glo. verbo solū an aūt ibi post interdictiōez bonorum. dic q̄ nō q2 qđ facit furor ipso iure in furioso. idē opera tur interdictio iudicis in pdigo. vt no. ff. co. l. l. [illegible]

a ¶ Probationē. vide bal. in. l. actor. in col. §. de pba.

b ¶ Furiosus vide not. i. l. si cui coꝝ. in fi. ff. de postula.

c ¶ No. remediū vide. l. muto. §. fin. et ibi bar. ff. de tute. et p bar. in. l. si qs institu. ff. et ibi ange. ff. de here. insti.

c ¶ Solū an aūt. vide i. l. si curatorē. bal. [illegible]

debet prodesse iudicem decepisse.

t **Utores quos.** Not. in hac. l. q̄ postq̄ tutor se immiscuit administrationi non potest se excusare quod nota.

¶ De excusationibus veteranoꝝ. Rubrica.

q **Uod placuit.** Not. in. l. q̄d placuit q̄ lz lex vel statutum dicat q̄ aliquis nō possit cōpelli. hoc debet intelligi tūc demum cū vtitur suis defensiōibus alˢ potest cogi qd̄ est no. ꝛ mē ti tenendum. ¶ Et nota hic q̄ quis tenetur suum priuilegium allegare. ¶ In tex. ibi deferāt. alˢ tenētur.

¶ Qui numero tutelarum. Rubrica.

s **J tres tutelas.** Plura imꝑfecta nō faciūt vnum perfectum. ad hoc allega. qd̄ est verū in his inter que remanent termini distincti q: sunt diuersi generis ꝛ forme. sed qñ plura tē dunt ad eundē finem: tūc est vera regula cōtraria q̄ qñ nō prosunt singula multa iuuāt. vt. s. de proba. l. instrumēta. Glo. hic dicit q̄ testes singulares nō probāt: qd̄ est verū qñ adhibētur ad probationem faciēdam puta ad probādam heresim. ꝛ vnus testis dicit eū hereticum q̄ audiuit eū dicentē nō credo in vnum deū. alius dixit nō credo in catholicam ecclesiā. tū isti probarēt: q: sunt contestes in genere. facit qd̄ no. de testi. l. ob carmen. §. fi. ratio huius. l. est q: ex pluribꝰ diuersis nunq̄ resultat vnū integrale. facit qd̄ no. ff. de solu. l. vbi fideiussor.

[...]o sciēs. ar. cōtra q̄ potius equipa[...] curatore. vt in. l. proxi. qui po[...] rebus non prohibitis alienari. vt. s. [...]cit. immo. l. si curatorē habens. secus si est da[...] curator. vt. ff. eo. l. iulia. Uel distingue vtrū contrahatur cū eo a sciēte an ignorāte. vt. ff. de vsuca. ꝓ emp. l. si quis cū sciret. prima verior. Sed qd̄ si est notorie ꝓdigus: tū ei nō est interdictū bonis. glo. dicit q̄ iste nō potest testari nec contrahere. vt. ff. de testa. l. is cui. ꝛ de ver. obli. l. is cui bonis. Quidā dicūt 5rium q: notoriū equiparatur sentētie q̄tum ad effectum declaratiuū. s. q̄tum ad declarādū sed nō q̄tum ad aliqd̄ inducēdum vel ꝓhibēdum: imo est opus sentētia. vt. ff. de act. emp. l. emptorē. de nego. ges. l. at qui natura. §. cum hoc. ꝛ de infami. l. ictus fustiū. pro glo. tū facit. ff. de vsucapi. pro empto. d. l. si qs eum sciret. ꝛ ibi ꝑ Ja. de arc. Itez facit tex. cū glo. j. de sentē. pas. l. fi. tū illa. l. loquitur respectu simplicis administrationis nō respectu dominij. ibi enī nō interdicit administratioᶜ dominij propꝫ sed dominij alieni tenemēti. ¶ In ea. glo. ibi qdāᵐ 5 hanc tenet bar. aut ergo est error in causa naturali ꝛ nō tenet decretum. aut in causa accidētali ꝛ tenet. Tu dic vtrūq̄ tenere ratione dubij. vt no. s. de peti. he. l. si putas. dūmodo sit processum causa cognita. secus si ex arrupto. vt no. in l. ij. j. qñ. puo. nō est neces. ꝛ ista est cōis opi. aduocatoꝝ. Alij dicūt q̄ in. l. scie. fuit error expssus. sed istud est diuinare. pro distinctiōe posita hic in glo. facit. l. iij. §. puberi. ad carbo. Nam datio tutoris in adulto nihil pōt operari cū ꝛ si valeret statim finiret. Sz in ꝓdigos nō est ita: q: durat q̄diu declaret ꝓdigalitatē cessasse. arg. in. l. cū alijs. j. eo. ti. Ista rō differētie est multuz fortis. nec ob. s. de pe. he. l. si putas. q: ibi dicit q̄ non valet datioᵇ sed de gestis cause q̄ valent ratione erroris sicut. ff. de offi. preto. l. barbarius.

c ¶ Sz qd̄ vi de plene i. l. is cui bōis. ff. de ver. obli.

e ¶ Administratio. vide bal. i. l. cū fratrē. j. ō his q̄. vt indi.

f ¶ Quidā 5 vide i. l. is cui bōis. ff. de. v. obliga.

g ¶ Sz l. ꝓdigo. 5 ē tex. i. l. i. §. i. ff. eo. ꝛ vi de bal. i. l. ij. j. qñ. puo. nō est ne. ꝛ ibi etiam qd̄ in fin iuso. ꝛ ꝑ Bar. in. l. is cui bōis. ff. de ver. oblig.

h ¶ Datio. vult dicē q̄ in d. l. si putas. s̄ dr̄ qd̄ valeat datio tutele sz q̄ bn̄ valz iudiciū cū falso tutore agitatū rōe erroꝝ.

vide bal. i. l. i. in col. v. iur. hoc ārt. j. de cōfessis.

a ¶ Et alib'. vide bal. in l. reos. in col. j. j. de accu.

b ¶ Itē p̄sup pont. itellige in pupillo do licapace sm bar. i. l. si arro gati. hic alle.

c ¶ Verb. vi de q̄d no. bal. in l. i. i vl. col. j. de ofes. r i. l. in bōefidei. in §. itē q̄ro. §. d re. cre. r vide de vtroq; Inno. i. c. fi. ex de sic. ab inte. et bald. ro. r ang. in l. magi stratib'. ff. de iuris. oi. iudi.

om. Itez p̄dicta sunt vera i cōfessiōe q̄n minor cōfiteē cōtra se; sed q̄n cōfitetur cōtra aliū vt testis nō est neccessaria auctoritas curatoris facit q̄d no. in l. fi. j. ad sill. h in cōfessiōe. ¶ Snia vero lata cōtra minorē nō assistēte curatore est nulla ip̄o iure cū distinctiōe. aut minor fuit indefensus in p̄cessu cāe. aut nō vt no. §. si aduer. rem iudi. l. cū ī minores. riō de iure cōi minor ex cōtumacia nō posset bānniri ad morte. q: hoc nō fit nisi ideo q: est indefensus in processu cause r in snia. tū statuta coiter p̄uidēt cōtrariū. ¶ Itē ex cōtumacia nō potest haberi minor p̄ confesso nisi interueniat auctoritas curatoris ar. hic in verbo taceat. Adde q̄d no. Ja. de are. in l. i. §. ex hoc rescripto. de vē. insp. ¶ Itē lz p. §. ad crimen. in l. plz. de pub. iudi. in criminalibus ad plenā defensionē nō interueniat p̄curator. secus videt in tutore r curatore nisi dicas q̄ hic interuenit auctorādo nō iudicium in se suscipiēdo q̄d est verū. ¶ Itez p̄supponit hec. l. q̄ pupillus possit condemnari de crimine. de hoc habes. ff. de tute. si arrogari. r ad sylle. l. excipitur. §. i. r not. p Ja. de are. in l. ad ministrātes. §. fi. de excusa. tuto. q̄ pupillus potest deportari r subire penā capitalē. ¶ Questio si minor vel maior est cōfessus extra iudiciū vtrū possit cogi in iudicio ad perseuerandum in illa confessione. Breuiter dico q̄ si illa cōfessio est verisimilis potest cōpelli. de edili. edic. l. quero. in fi. de adul. l. capite quinto. secus si nō esset verisimilis. vt. l. i. j. si quis impa. male. et j. de questio. l. milites. §. oportz. ¶ Per hoc etiā declaro quoddā dictū Inno. qui dicit q̄ si q̄s est cōfessus coram iudice incōpetēti vbi non dicit iudicium esse, tenet illam cōfessionem refirmare corā iudice cōpetenti; quia hoc est verū si ex tali cōfessione est orta suspitio vel infamia. al's sec'. vt ex de iudi. c. at si clerici. de hoc not. Inno. ex de elec. c. p̄ inquisitionē. r de ofes. c. cū super.

ta. Nec vba de diuerta r soluta r ... habes in alia materia. ff. de ver. sig. l. triplici. q̄d no.

¶ Quā do tutor vel curator definit esse. Rubrica.

I curatores.

Finitur officium adiuncti simul cum officio eius cui adiungitur h. d. Et dicit no. ff. de tute. l. q̄ktum.

Utoris officium.

Pupillus non posset cassare tutorē. h. d. ista. l. ij.

¶ De actore a tutore seu curatore dādo. Rubrica

I sui iuris.

Etiam pater tutor filij non constituit procuratorē sed actorem ante litis ōtestationē. h. d. facit pro gl. que est in l. i. de bo. mater. dicit ibi. Nā illa glo. est falsa. q: hic ratione officij ibi rōne vsufructus ōstituebat.

¶ De excusationibus tutor r curatorum r temporib' eorum. Rubrica.

Xcusationis.

No. q̄ si alicui denegat audiētia ratione termini nō elapsi potest appellari. sic. j. eo. l. quinquaginta.

Uinquaginta.

Terminus ad excusandū se nō labitur ignoranti. h. d. l. quinquaginta. et adde q̄d dixi. §. in l. p̄e. §. de peri. tuto. Per istā. l. cōsul y iiij

1. osa mayor / calisto hija de licaon Rey de arcadia q por el amor de Jupiter fue convertida en osa; esta osa de Juno ... Jupiter ... tiene 27 stellas
2. osa minor / subyo arcas co ... e osa avna ... tiene 7. stellas
en aeta dicha cynosura por otro nobre tiene 7. stellas
3. dragon / dize q fue el q mato ercules el huerto de las speridas; vno de sus doze trabajos tiene 31. stellas y las 13. son las mas famosas
4. cepheo Rey de ethiopia padre de adromeda, y por el bien acogimiento que hizo a perseo quando vino cola cabeça de medusa fue puesto ene cielo tiene 11. stellas.
5. boetes, dize q fue y cario padre de erigone el hijo de calisto tiene 22. stellas.
6. corona / de ariadna q dio a baco, y por amor de ariadna hija de minos a quien el la dio fue puesta e cielo tiene ocho stellas las seys luzientes
7. hercules, de la rodilla, hincado llamado engonasi representado a hercules quando combatia co el dragon de las hesperidas tiene 28. stellas
8. cisne / el q se enamoro de menesis q vengo a ... tiene 17. stellas
9. lira / q dio ... del tortuga y la dio a orpheo tiene 10 stellas
10. casiopeya / la muger de cepheo q se alabo que era mas hermosa q las ninfas y por eso fue hija echada al monstruo despues por perseo libre tiene 13. stellas
11. serpe / de esculapio en cuya figura fue adorado de los dentiles por q libro la gente de ... delas culebras q los mataban tiene 17 stellas
12. ophiucus q tiene esta serpe serpentario q es el mesmo esculapio tiene 24. stellas
13. perseo / co la cabeça de medusa hijo de donae y nieto de acrisio tiene 26 stellas
14. auriga o muetro del carro fue erictonio q nacio dla lucha entre bulcano y minerva sin dono de su virginidad. medio sobre y medio sierpe tiene 13. stellas
15. saeta / fue la que arrojo ercules por librar a prometeo y co ella mato el aguila q se comia el coraçon el monte caucaso tiene cinco stellas
16. aguila / es la q robo a ganimedes hijo de tros Rey de troya y fue llevado por copero de Jupiter lo qual es ... tiene 9. stellas
17. delfin / el q hizo a ... delos cosarios ... matar o es el q hallo a amphitrite muger de neptuno
18. cavallo menor / de quien ... q sea tiene ela cabeça unas stellas q sella mā nebulosas
19. pegaso / equs alato q nacio dela sangre de medusa. el belerofon subido ... tiene 20 stellas
desciende y ... dlas ninfas
20. andromeda / hija de cepheo q puesta al mar q la comiese el monstruo ...

21. deltoton o triangulo. q esta sobre la cabeça del aries. o porq mas se manifieste este signo o por se ñalar a ###### asi triangulo. otros dizen q es de la nedir del rio nilo tiene. 4. estrellas
m'ta (c) estas. 21. figuras sobre dichas. en esta quarta parte q estan en el cielo. Seamy maginã los astrologos o porque en ellas vieri semejante forma de animales o por celebrare algunas fabulas o historia q mejor les parecio — estan todas las sobre dichas al norte y llamã se septentrionales. al austro (c) es al medio dia ay quinze figuras (c) se llamã australes — las quales son las que se siguen. —

Iulius Firmic de natiuitatibus.

1 Ballena, es el mistro q q̃so comer a andromeda despues q fue cola libre en señal de victoria fue puesta ê el cielo tiene .22. estrellas —
2 Orion, tiene estrella na cimi yes de grãdissimo cuerpo y muerto por el escorpion fue puesto en el cielo. tiene 38. estrellas
3. eridano, o nilo. unos dizen q es el rio q recibio a faeto abrasado. otros dizẽ q el nilo por su fertilidad y por la estrella canopo q mas relũze en el. y asi es ###### tiẽe. 34. est.
4. liebre. & lo puso ê el cielo por su velocidad. o porq en la ysla lero vino una pestilẽcia de muchas dellas — tiene 12 estrellas. /
5. ~~canis~~ mayor el perro que dio el anrora a cephalo tiene .28. estrellas
6. canicula canis minor / un perrillo de orion q no quiso estar ê el cielo sin el. o una perrilla de helena que se le cayo de las faldas ê el mar tiene .2. estrellas —
7. argo naue. en q los principes griegos fuerõ a la demãda del vellocino dorado a colcos. y despues de su nauegacion fue puesta ê el cielo. tiene 45. estrellas —
8. hidra, unos dizen q sea la culebra q esta na por alla copa q el cueruo auia de hinchir de agua. o la que mato hercules tiene 25 estrellas.
9. crater. o taça. q dio apolo al cueruo para y por agua. otros la taça q el rey demofon pro no llena de sangre de los hijos por orden de ###### tiene. 7. estrellas
10. corona austral otra q la primera. / la q puso baco ê el cielo por q fue coasima de semele del infierno. tiene 13. estrellas
1. cueruo de apolo, es q fue por el agua y es q era blanco primo y por la mala nueua de coronis cõuertido en negro. por apolo. tiene. 7. estrellas.
2. cẽtauro, hijo de saturno y filira. ayo delos principes de grecia o heroes que murio cõ una saeta de hercules. tiene 37. estrellas.
lobo la forma de gran rey de arcadia crueli simo y de malas costumbres. cõvertido en lobo por Jupiter. tiene. 17 estrellas
ara, la q hizieron los ciclopes herreros de vulcano sobre la q el juraro los dioses llevar la empresa delos gigantes al cabo. tiene. 7. estrellas.
pesce austral o. no ho. los asirios adoravan los dioses pentes en figura de peçes y primamente ... tiene 12. estrellas

Liber Quartus.

Liber Sextus.

¶ Ioãnis Pompeii Corniani Brixiani ad Lectorem in Iulium Firmicum.

Quo magis humanis pollẽt cælestia reb⁹
Sic reliquos pstat Firmicus astra tenẽs:
Qui bene: qd ualeãt: cũ regnẽt sydera no
Huic dubi⁹ gemina lãce Berose fores. (uit
Te licet aurata lingua referantur athenæ
Gymnasii digno constituisse loco
Ac humeris quãuis cælũ tenuisse feratur:
Astrorũ inuentor cædere posset atlas.
At nimis infœlix iacuit fraudatus honore
Hactenus: & tenebris liuida texit humus
Atq; diu rencẽdus erat: ni Antonius illi
Laurus Dædalea consuluisset ope
Singula sic igiť modo serta dabũt utriq;
Vtra sit: at dubiũ: gloria maior erit.

las 12. figuras estrellas 48. son los doze signos q estan en la ecliptica: de los quales son los .6. australes. y los .6. septentrionales
♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ septentrionales: ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓ meridionales

1. Aries, es el carnero dorado q llevo a Helle y Frixo y poniendo en colcos fue sacrificado al dios marte. tiene .13. estrellas.
2. tauro en q se convirtio Jupiter pa traer de asia a europa la hija de agenor y se caso con ella en creta tiene .33. estrellas con hyadas y playadas
3. geminis. los dos hijos castor y pollux q nacieron de un huevo q la hija de ... de lelapnesto llamados dioscuros. tiene .18. estrellas
4. cançer q acometio a hercules estando peleando con la hidra tiene .9. estrellas
5. leo q mato hercules en la montaña nemea por mandado del rey euristeo tiene 27. estrellas sin las .7. q tiene en la cola. q haze la coma de berenices q es el cabello q se corto por su marido tolomeo. y lo presento al q. templo por cierta victoria q el rey alcanço
6. virgo. dizen q es astrea hija de titano y de la aurora q favorecio a Jupiter en la batalla de los titanes. tiene 26. estrellas
7. ♎ y los braços del signo descorpio la mitad tiene 8 estrellas
8. ♏ es el q mato a orion hijo de Jupiter de neptuno y ... y por q se desacato contra la tierra fue criado este animal pa matarlo. tiene 21 estrellas
9. ♐ es croto hijo de euphemie ama de las ninfas gran ballestero y gran poeta. tiene 31 estrellas
10. ♑ es la forma del dios pan medio cabra medio pece q se bolvio quando la batalla de los gigantes. tiene 28 estrellas
11. ♒ dizen ser ganymedes q arrebato el aguila en ida y copero de Jupiter en lugar de hebe tiene 42 estrellas
12. ♓ en la batalla de los gigantes q se convirtio juntamente con su hijo cupido en dos peces q en fuentes tiene .34. estrellas

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Iulii Firmici Materni Iunioris Siculi Viri Clariſſimi ad Mauortiũ Lollianum Faſcibus Cãpaniæ Romanæ prouinciæ procõſulem deſignatum: per Diuum Cæſarem Conſtãtinum Maximũ Patrociniũ defenſionis Matheſeos incipit.

PROOEMIVM.



LIM tibi hos libellos Mauorti decus noſtrum: edituꝝ me eſſe promiſerã. Veꝝ me diu inconſtãtia uerecunde retardauit: & ab iſto ſcribendi ſtudio dubia trepidatio me reuocauit. Cum fragilitas ingenii mei nihil ſe ſcire tale poſſe conciperet: qđ dignum fore tuis auribus iudicaret. Nam cum eſſes in campaniæ prouinciæ faſcibus cõſtitutus: cuius te adminiſtrationis meritum maxima honoris dignitate nobilitat: occurri tibi rigore hyemalium pruinarum: & prolixi itineris diuerſitate confectus: illic tu languentis & fatigati corporis mei ſenium enixus es: & fidis: & religioſiſſimis amicitiæ releuare fomentis. Cum itaq; ad priſtinum ſtatum me ſolatiis ac medelis tuis ſanitas reſtituta reuocaſſet: recolentes inuicem priſtinos actus: & ad memoriam reuocantes: honeſtas & uarias ſermonum fabulas ferebamus. Poſteaq̃ de talibus ac de ꝓceſſibus noſtris confabulati ſumus: ſcrutatus me es (ſicut meminiſti) totius Siciliæ ſitum: quam incolo: & unde orium

dus sum: & oĩa a me: quæ ueteres fabulæ
prodiderũt: cum ueræ rationis explicatio
ne quæsisti: Quid uelit eẽ Scylla: Quid
ue Charybdis: Quid concurrentiũ in fre
ta fluctuũ turbulenta confusio: quos disiũ
cta ac separata maria: certo horaꝝ tempo
re ac spacio contraria undarũ collisiõe cõ
iũgunt: Quid faciãt ignes: qui ex æthnæ
uertice erũpũt: Quæ natura eoꝝ: quæue
substãtia: & qua origine sine iactura mon
tis tanta ꝑficiscant & anhelent incendia:
Qualis sit Lacus: qui ꝑpe alueũ Symethi
ni amnis ostendit: cui Palicus nomen est
qui semp crassitudine lurida sordidus: li⸗
uentibus spumis obatrescit: & strepẽte cõ
iugio stridulus argutũ murmur exsibilat.
Cætera etiã oĩa mecũ recolens & requirẽs
quæq; tibi a primo ætatis gradu: & Atti⸗
cæ & Romanæ litteræ: de admirabilibus
prouinciæ Siciliæ tradidere: ad ultimum
ad Archimedis sphærã sermonis atq; ora
tionis tuæ ordinẽ transtulisti: ostendens
mihi diuini ingenii tui prudentiã atq; do
ctrinam. Quid nouem illi globi: Quid
quinq; zonæ: quæ diuerso naturaꝝ gene⸗
re colorantur: Quid. xii. faciant signa:
Quid quinq; stellaꝝ sempiternus error
operet: Quid solis quottidiani cursus an
niq; reditus: Quid lunæ uelox motus:
assiduaq; luminis uel augmenta uel dam
na: Quantis etiã cõuersionibus maior il
le (quẽ ferũt) ꝑficeret annus: Qui qnq;
has stellas Lunã etiã & Solẽ locis suis ori⸗
ginibusq; restituit. Qui. 1460. & ãni uni
us circuitu terminat: Quæ ratio orbem
lacteũ faceret: Quæ defectiones Solis ac
lunæ: Cur septẽtriones nunq̃ cæli rotato
uertice ad occidentẽ trãsferant: orientiq;
restituant: Quæ sit aquiloni pars terræ:
Quæ uero austro subiecta: Quæ rõ ter⸗
rã ipsã in media pte cõpositã librata æqua
bilitatis moderatõe suspendat: Quate⸗
nus oceanus (quod quidã Athlanticũ aiũt
mare) terræ spaciũ in modũ insulæ: unda
rum suarum circumfusione concludat.

Hæc cũ oĩa mihi a te Mauorti ornamẽtũ
bonoꝝ facili demõstrationis magisterio
traderent: ausus sum etiã ipse aliquid in⸗
consulti sermonis temeritate proferre: ut
promitterem me tibi edituꝝ: qcquid ægy
ptii ueteres sapientes: ac diuini uiri. Baby
loniiq; prudentes: de ui stellaꝝ ac potesta
tibus diuinæ nobis doctrinæ magisterio
tradidere. Fui itaq; (sicut ipse nouisti) in
ista promissione temerarius: & me (ut ue⸗
rum tecũ loquar) frequenter seuera obiur
gatione repħendi: cupiebãq; (si permitte
rer) mutare promissum: sed trepidationẽ
meã hortatio tui sermõis erexit: coegitq;
aggredi quod frequenter ex desperatione
deserui. Nã cum tibi totius orientis guber
nacula domini atq; Impatoris nostri Cõ
stantini Augusti serena ac uenerabilia iudi
cia tradidissent: nullũ ꝑtermisisti tempus
quo non a nobis exigeres: quod tibi incõ
sulta pollicitatione ꝑmisimus. Proconsuli
itaq; tibi & ordinario cõsuli designato ꝑ
missa reddimus: orantes ac ueniã postulã
tes: ne in istis libris pondus & gratiã per⸗
fectæ orationis inquiras: ne tractatus ma⸗
ximi: aut graues firmæq; sentẽtiæ: aut do
ctrinæ: aut eloquentiæ tuæ iudicio requi⸗
rantur. In nobis tenue est ingeniũ & ser⸗
mo subtilis (& quod uere confitendũ est)
Matheseos permodica: quæ omnia cum
nos uaria desperatione turbarent. Aggres
si sumus tñ scribendi laborẽ: ne licet in ar
duis ac difficillimis promissionibus con⸗
stituti: prudentiæ tuæ Lolliane clarissime
iudicia doctissima falleremus. In uesti⸗
bulo itaq; orationis atq; in ipsis princi⸗
pioꝝ primordiis cõstituti: nihil aliud age
re debemus: nisi ut his respõdeamus: qui
totam uim Mathesem multiplici oratio
num genere labefactare conant: qui sen⸗
tentiis ac disputationibus suis omnẽ hanc
philosophiã diuinãq; scientiam putãt se
posse elati sermonis auctoritate perfringe
re: quos (sicut ego iudico: & sicut ipsis rebꝰ
ꝓbat) non infirmitas ipsius: falsitasq; do

ctrinæ: sed contradicēdi studia sollicitāt:
ut certis ac definitis rebus: quas non tantū
aio & ratione cernimus: sed ipsoꝝ oculo
rū acie ac iudicio conspicimus: Compro-
batmus argumētationis pugnaci licentia
resistat. ❡ Hi nāq nimis abditis ac sub
tilibus disputationibus suis: ex ipis primo
Mathematicoꝝ responsis: quasi per cuni-
culum quendā ad labefactandā totā hanc
scientiam conantur irrepere: qui quanto
uehementius pugnant: & quantū omnes
persuadendi uias quærūt: tāto fidē Astro
logiæ uehementius cōmuniunt: fortiusq
cōfirmant. Neq enim esset eius uera sub
stantia: nisi contra eam tantis argumen-
torum uiribus niterentur. Nec hoc est ad
miratione dignū: cum sciamus inter istos
ꝗta sit de ipsoꝝ deoꝝ natura dissensio:
ꝗtisq disputatiōum argumentis uim totā
diuinitatis conantur euertere. Cum alii de
os non esse dicant: alii esse quidē: sed ni-
hil procurare definiant. Alii & esse & reꝝ
nostrarum curam ꝓcurationēq suscipere:
& tanta sint hi omnes in uarietate & dis-
sensione uersati: ut longum & alienum sit
(hoc præsertim tempore) cum aliud opus
aggressi sumus singulorū enumerare sen-
tentias. Nam alii & figuras his pro arbi-
trio suo tribuunt: & loca assignant: sedes
etiā constituunt: & multa de actibus eorū
uitaq describunt: & omnia quæ facta &
constituta sunt: ipsorum arbitrio regi gu-
bernariq constituunt: uel pronuntiant.
Alii nihil moliri: nihil curare: & ab omni
administrationis cura uacuos esse dixerūt
asserūtq omnes uerisimile quiddā: quod
auditorum animos ad facilitatem creduli
tatis inuitet. ❡ Quæ uero de animæ im
mortalitate dicta sunt diuini illius Platōis
& acerrimi ardentissimiq Aristotelis con
traria sibi ac repugnantia dicta demōstrāt
Nā de bono ac malo diuersæ inter se mo
bilesq sententiæ sunt: quarum explicatio
nem nunc prætermittendam puto. Neq
enim hoc genus disputatiōis intrauimus:
nec ad hæc refutanda uel confirmanda:
animum nostrum consiliumq forma-
uimus. Sed omnia hæc ideo breui oratio
ne perstrinximus (: ut contradicentium cō
tentiosa cōmenta): cunctis hominibus pa
tefacto sui studio pāderentur. Libet itaq
censere: quæ de Mathesi dicant: & curæ ē
omnia quæ ab illis dicta sunt breui oratio
ne perstringere. ❡ Explicatum enim Ma
theseos atq Astrologiæ substantiam: nō
debemus diutius in alienis operibus im-
morari. ❡ Primo itaq de Moribus Colo
ribusq hominum conueniunt dicentes:
Si stellarum mixturis mores hominibus
coloresq attribuuntur: & quasi quodam
picturæ genere atq artificio stellarū: cur-
sus mortalium corporum lineamenta cō
ponunt. Idest si Luna facit cādidos: Mars
rubeos: Saturnus nigros. cur oēs in æthio
pia nigri: in Germania candidi: in Thra-
cia rubei procreantur: quasi Luna & Mars
in Aethiopia uim suam: uiresq non habe
ant: & potestatem suam: fingendiq licen
tiam. In Germania ac Thracia Saturni de
serat stella. ❡ De Moribus uero illud ad-
dunt. Si Saturnus facit cautos: graues: tar
dos: auaros & tacitos. Iuppiter bonos: ma
turos: benignos: ac modestos. Mars crude
les: perfidos: ac feroces. Sol religiosos: no
biles: ac suꝑbos. Vēus luxuriosos: ac uenu
stos: & honestos gratiæ splendore fulgen
tes. Mercurius asturos: callidos: & concita
ti animi mobilitatibus turbulentos. Luna
acutos: splēdidos: elegantes: & popularis
splendoris gratia præualentes. Cur quæ-
dam gentes ita sunt formatæ: ut propria
sint morum quodammodo unitate per-
spicuæ Scythæ soli immanis feritatis cru-
delitate crassantur: Itali fiunt Regali sem-
per nobilitate ꝓfulgidi: Galli stolidi: le
ues Græci: Aphri subdoli: auari Syri: acuti
Siculi: luxuriosi semper Asiani: & uolupta
tibus occupati. Hispani elata iactātiæ ani
mositate præpositi. Ergo scytharum rabi
em nunꝗ mitigat Iuppiter: nec Italis Sol

aliquãdo denegabit imperia: Nec leuitati græcoꝝ Saturni stella põdus iponit. Nec Asiana lasciuitas sobria Iouis moderatione corrigitur. Nec Siculorum acumen aliq̃do Saturni frigidus ortus obtũdet. Nec Syrorum auarities lasciuis Veneris radiationibus temperatur. Nec ad aphroꝝ malitiosa cõmenta & bilingues aios: salutare Iouis sidus impendit. Nec Hispanorum iactantiã pigrũ poterit Saturni lumen hebetare. Nec Gallicam stolliditatem Mercurii sapientissimum sidus exacuet. Illa uero ipsoꝝ interea potẽtissime & uæhemẽter contra nos posita peroratio est: quod aiunt: ex istius artis instituto: oĩa ex rebus humanis uirtutũ officia tolli: si temperantia: fortitudo: prudentia: iustitia: stellarũ decretis non nostris tribuunt uoluptatibus. Nã si quis societatis: caritatisq; uinculũ ruperit: & conciliationis humanæ iura neglexerit: totũq; se feritati perfidiæq; tradiderit: facinus suũ & animi peruersas cupiditates securus stellarũ iudiciis ascribat. ℭ Sit iniquus: sit pfidus: sit maliuolus: sit irreligiosus: quia hæc uitia mala Mercurii cum Marte perficit constellatio. Cur animum nostrum fortitudinis studio roboramus? Cur erecta mente sublimiq; constãtia: & diuinarum uirtutum magisterio formati: in acerbis casibus constituti: mortẽ doloresq; cõtemnimus? Si gloriæ laudẽ & potẽtissimæ dignitatis isignia: nec appetentibus nobis sol Iouis bona coniunctionis societate largitur. Frustra igitur consilio ac ratione errantis animi uitia comprimimus: frustra luxuriosas libidinum illecebras temperamus: frustra grauitatis instinctu æquitatis modestiam iuraq; conquirimus. Si Mercurius Iouis ac Lunæ bonis radiatiõibus temperatus ad desideria nos & cupiditates istius uirtutis inflãmat: etiã singulos homines hac disputationis oratione conueniunt. Frustra habes o bone uir delectum bonarum rerum: ac malarũ fugiendi cupiditatẽ. quid te honestis prouisionibus ac diligentiæ suffragiis munis si totũ hoc tibi nescienti: aut Saturnus pstat aut Iuppiter. Contẽnamus (si uidetur) deos: & religionũ sãctas uenerabilesq; cærimonias sacrilego desperationis ardore publicemus. Quid inuocas arator deos: si sine cura numinis tui igenio segetis sulcus æquatus est: tu qui aperta iuga oliuarũ in aciem distinctis componis ordinibus: Frustra deuoues uitium palmites libero tuo religiosa cũ trepidatione cuiusq̃ sine præsidio diuinitatis stellaꝝ cursu: aut denegãtur: aut dantur. Et tu qui promulgas leges: ac iura sancis: tolle scita: refige tabulas: & istis seuerissimis animaduersiõibus libera illũ sacrilegũ. Mercurius (ut Mathematici uolunt) illũ sacrilegũ: illũ adulterũ Venus fecit. Illum ad neces hoĩum Martis sidus armauit. Illũ tabulaꝝ fidem mutare. Illum uenena miscere. Illum quiescẽtiũ securas animas & Lethei fluminis obliuione purgatas. Mercurius cogit nephariis carminibus excitare. Ecce ille incestis inflãmat ardoribus. Illum uides puerorũ complexibus inhærẽtem. Causam huius tanti mali Marti tribuimus: aut Veneri. Ille te iubente: manu carnificis sine causa pcussus est: in illum perpere sententia dicta est. Si non suo studio: sed stellarum uitiosa coactus est radiatione peccare. Non habetis magistratus instam aiaduertendi substantiam: quia scitis nos ad ista uitia malignis stellarum semper incitari fomitibus. ℭ Hæc atq; alia simili ratione cõponunt quærentes: utrum natura stellas animãtes an inanimãtes esse dicamus: ut istius quæstionis conclusione confusi: difficile animi nostri iudiciũ sententiãq; promamus: quicq̃d enim horũ dictum fuerit syllogismorum aculeis in cõtrarium uertunt: aut ad arbitrium ipsorum constrictus respondentium sermo consentiat. In quibus rationibus & disputationibus ingenia quidem nos eorum laudamus: propositum uero institutũq; uitamus: quia nobis fidẽ

suam Astrologia responsionum Apothe-
lesmatumq; diuinis ac manifestissimis au
ctoritatibus cõprobabit. Addunt etiã qui
dam: ut nobis ex aliqua parte consenti-
ant: & ut eblandito cõsensu totam istam
sciẽtiam dubitationis desperatione extur
bẽt. Habere quidem doctrinam istã uim
maximã: sed ad liquidum propter partiũ
minutiarũq; breuitatẽ: ac uelocissimũ si-
derũ cursum: cæliq; pronum rotatæ uerti
ginis lapsum nemimẽ peruenire posse cõ-
firmant: ut ista eorum uerisimili diffiniti-
one sermonis totius sciẽtiæ substãtia sub-
ruatur. Nos uero lȝ sit nobis tenue inge-
nium: & angustæ orationis pene inefficax
sermo: cum deberemus ipsius rei ueritate
refutare quæ dicunt: & responsionũ Apo
thelesmatũq; constantia diuinæ istius sci-
entiæ confirmare præcepta. ¶ Respon-
demus a te tamen decus nostrum Lolli-
ane ueniam postulantes: ut in refutationi
bus omnibus ueritatis fides: non oratiõis
splendor ac substãtia requiratur. ¶ Et pri
mum quidem uellem ut profiteretur iste
Mathematicorum uæhemens accusator:
qui artem istam iam elata oratione perse
quitur: utrum nam cæperit aliquod ipsius
scientiæ experimentũ? An sciscitanti sibi
nemo uera respondit? An uero aspernatus
audire: & sperans aures suas istis responsio
nibus pollui? Seuerus & uæhemens: & to-
tius quodãmodo diuinitatis iura pertur-
bans: argumentorum suorum aculeos licẽ
tia exercitati sermonis exacuit. Si quæren
ti & uera responsa sunt: & respõdentis sen
tentiæ fides secuta est ueritatis. Cur notat
quod admirari debuerat? Cur diuinã sci-
entiam modo proditoris aĩo pfidus accu
sator impugnat. Si uero erraticis respon-
sionibus is qui Mathesim se scire profite-
batur: non potuit implere quæ dixerat: &
responsa eius mendacia promissionis im
maculant. Imperitia illius temeritasq; pul
sanda est: & fallax infamanda promissio.
Omni enim malo dignus est: quod per il
lum fiet: ut pclaræ artis studiũ falsis respõ
sorũ mẽdaciis obumbret. Qui uero quæ
rere aliqd: aut audire noluit: nec iudicium
aurium suarũ uera respondentibus cõmo-
dauit. Veritus. s. ne rigidas eius cogitatões
fides ueritatis infringeret. Iniq; facit si no
tandum putat quicquid notat: uel non po
tuit obtusa mentis intentione percipere.
Iniusti sunt enim semper (sicut nouimus)
iudices: qui de incognitis sibi pronuntiãt
rebus: & non habet iudicandi auctorita-
tem: qui ad statuendum aliquid imperita
licẽtia temeritatis adducitur. Vnde si im-
pugnat is: qui a prudentissimo Mathema
tico & audiuit aliquid: & credidit: & pro-
bauit malitioso mentis instinctu & pugna
ci studio notabilia contradicendi uota cõ
cepit. Si uero interroganti imperitus pro
fessor falsa respondit: non Mathesis: sed
hominis fallax & temeraria notetur insci
tia. Qui uero nec audire uel studere uolu
luit: nec iudicare frustra sibi pronuntiandi
uendicat partes: quia eius rei cuius experi-
mentum capere noluit: non est idoneus:
ut possit notare substantiam. Quod ue-
ro nos in isto studio quidam opposita sci
entiæ eius difficultate deterrent: libenter
amplectimur. Vere enim sunt res arduæ
atq; difficiles: & quas nõ facile possit ani
mus terrenis sordium laqueis impeditus:
Ille ipse ignea sit diuinitatis immortalitate
formatus: facili inquisitionis ratione per-
cipe diuinitas enim eius quæ sempiterna
agitatione sustentatur: si in terreno corpo
re fuerit inclusa iacturam quandam diui-
nitatis suæ patitur temporalem: cum uis
eius atq; substantia coniunctione & socie
tate terreni corporis: & assidua dissolu-
tione mortalitatis hebetatur. Vnde fit ut
omnia quæ ad inuestigationem diuinarũ
artium pertinent difficili semper nobis
cognitione tradantur. Quapropter quia
nos libenter ac facile in ista parte consen-
simus ostendentes cur diuinæ res difficili
inquisitione cernantur. Cõfiteatur etiam

ipſe neceſſe eſt ꝙ aĩus q ĩmortalis eſt: ſi a
uiciis ac libidinibꝰ terreni corporis fuerit
ſepatus: ac ſuæ originis & ſeminis cõſtãtiã
retinẽs uim ſuæ maieſtatis cognouerit: oĩa
quæ difficilia putant̃: atq; ardua: facile di
uinæ mẽtis inſtigatione cõſequit̃. ¶ Dic
mihi qs in cælo iter maris uidit: Q uis at
tritu lapidũ ſcintillã latẽtis ignis excuſſit?
Q uis ptãtes cognouit herbaꝝ: cui ſe tota
natura diuinitatis: & oñdit: & ꝑdidit: niſi
aĩus qui ex cæleſti igne ꝑfectus ad regimẽ:
& ad gubernationem terrenæ fragilitatis
immiſſus eſt: ipſe & huius ſcientiæ rõnẽ:
ipſe cõputos tradidit: ipſe ſolis ac lunæ: &
cæteraꝝ ſtellaꝝ quæ a nobis errãtes: a græ
cis uero planetæ dicunt̃: Curſus: regreſſus
ſtationes: ſocietates: augmenta: ortus: oc-
caſuſq; mõſtrauit: & in fragilitate terreni
corporis cõſtitutus breui maieſtatis ſuæ re
cordatione hæc oĩa (ut traderet) non didi
cit: ſed agnouit. Ecce agnoſcit̃ & inuenit̃
quo in ſigno Saturni gaudeat ſtella: & qñ
frigus eius fomẽto alieni ardoris incale-
ſcat. Ecce motus & curſus eius per dies ſin
gulos horaſq; colligimus. Prædicimus ẽt
qñ retrogradus ad ſtationẽ priſtinam re-
uertatur. Q uando tarditatis eius pigros
curſus regali maieſtatis auctoritate uicinũ
ſolis lumen exagitet. Q uando profectus
ab eo ſolis ardor tardæ agitationi quietã
tribuit poteſtatem. Poſt quantũ tẽpus ad
eandẽ ſigni partẽ: unde ſemel receſſerat
pigra rurſus molitiõe perueniat. ¶ Hæc
& in Iouis ſtella eadem ac pari ratione cer
nuntur: ꝫ enim breuioris temporis ſpacio
ſimili tamen etiã ipſa per. xii. ſigna agita-
tione percurrit. ¶ Mars etiã quem uides:
ignitis fulgorum ardoribus ſanguinolen-
tum & minaci luminis coruſcatione ter-
ribilem: ecce cum ad Saturni humectam
uenerit domũ ignes eius natura alieni fri-
goris temperant̃: & ꝫ ſint incitatiores hu
ius ſideris curſus: eadem tamẽ ipſi ẽt ra-
tione cernunt̃. ¶ Veneris etiam & Mer-
curii quottidiana nobis obſequia mõſtra-
ta ſunt. Hæc enim ſtellæ breui interiecto
ſpacio ſolis orbem percurrunt pariter: aut
una ſequunt̃: aut una ſubſequens ſtella al
teri præeundi concedit obſequia. Scimus
quando ueſpertino: quando matutino or
tu nobis appareant: quando ſolis orbe ab
ſconſe lateant: quando ex radii eius ſplen
dore liberate lucido ſui nitore refulgeant.
¶ Q uid de lunæ uobis curſu uidet̃: quã
dicimus: quando ſupplementis ſolenni-
bus attriti orbis nutriat damna. Q uan-
do pauperata luminibus iacturã propriæ
maieſtatis agnoſcat. Hæc enim cum uici
na ſoli ſiue creſcens: ſiue deficiens fuerit:
radios luminis ſui: quaſi ſolẽ uenerata ſub
mittit: ut fraternis ignibus rurſus ornata
cum longiores curſus ſui fecerit metas re-
nata fulgidi ſplendoris: ac renouata lumi
nis ornamenta circunferat. ¶ Ecce ali-
ud maius addiſcimus: quod cum acciderit
imperitos homines monſtruoſa ſemper
timiditate perturbat: cum ſol medio diei
tempore Lunæ radiis: quaſi quibuſdam
obſtaculis impeditus cunctis mortalibus
fulgida ſplendoris ſui denegat lumina.
quod Optati & Paulini cõſulatu (ut de re-
centioribus loquar) cunctis hominibus fu
turum Mathematicorum ſagax prædi-
xit intentio: Q uãdo rurſus Luna terrena
rum altitudinum adumbrata regionibus
ſimili ratione deficiat: quod frequẽter fie
ri: ude noctis ſerenitate peruidimus.
¶ Hæc omnia Mathematicorum colle-
git ingenium: & computatiõe ſollerti di-
uinæ diſputationis ſecreta perdidicit. Vel
lem itaq; mihi (tu quicunq; es) ea quærẽti
reſpondeas. Q uid difficilius eſſe poteſt:
q̃ curſus ſiderum inuenire: quos nunc in-
uentos expoſui: qui modo per altum: mo
do per latum: modo per demerſum ferun
tur: qui ſe nunc Auſtri: nunc Aquilonis re
gionibus ac flatibus iungunt: nunc acce-
dunt: nunc abſcondunt̃: nunc directo cur
ſu: nunc retrogrado: nunc ſtatiua tardita-
te ſubſiſtunt: & intentionem quærentium

ex ista cursus sui uarietate confundunt: an
inuentis stellarum cursibus postea diffini
re: quid per omnem terrarum ambitum
ipsarum mixtura: radiatioq; pficiat: Q ui
enim ad consentiendum ipsa rationis ue
ritate compelleris: q cursus hos siderum
assidua obseruatione computationis inue
niemus: Cōsentias oportet. Et necesse est
q inuento stellarum cursu facile postea of
ficia ipsarumq; potestates iudicemus. Dif
ficilia enim sunt semper: & ardua: ad quæ
rudes & indocti inconstantia trepidatio/
nis accedimus: nec facile possumus conse
qui ratione quicquid non præcedētia no/
bis magisteria tradiderunt. Sic prima lit/
terarum signa cum quadam fastidii asper
natione cognoscimus: sic in incognito iti
nere cōstituti: in primis uestigiis pene de/
ficimus. Vides ut primo discentes compu
tos digitos tarda agitatione deflectant.
Illum quem uides natātem ex crebra sub
mersionis trepidatione deficere: post pau
lulum assidua brachiorum agitatione fir/
matus per summas undarum spumas elap
sus: facili se mobilitatis leuitate suspen/
dit. Q uoniam hæc omnia: idest litteras
computum musicam cæteraq; quæ disci/
mus tunc facili ratione percipimus: cum
primæ originis uiam confirmata ingenii
conceperit disciplina. Ergo quia constat
difficilius fuisse inuenire stellarum cursus
q̄ diffinire quid faciant. ¶ De inuento
enim earundem cursu nulla dubitatio est
q uolentibus discere primum calculo: de
inde ipsa oculorum uisione monstramus.
Q uid impugnatis scientiam? cuius prin/
cipiis ac parti consentientes totā eius sub
stantiam roboratis? ¶ Sequitur ut de co/
loribus ac moribus disputemus: & omnē
istum calumniosæ quæstionis locum ue/
ris argumentorum uiribus refutemus: ut
discussis omnibus atq; purgatis: securi ad
ipsius scientiæ uenerabilia secreta uenia/
mus. Cur inquit omnes sint in Aethiopia
nigri: in Germania cādidi? Cur si figuras
hominibus & colores: stellarum cursus di
uersa radiationis commixtione largitur?
Oportebat quidem nos in ista quæstionis
parte copiosa oratione pugnare: ut astuta
& calumniosa commenta adulti sermo/
nis uiribus uincerentur. Sed coartauimus
omne dicendi studium solis ueritatis uiri/
bus ne copiosæ orationis illecebris: affluē
tiaq; sermonis & argumentationis licen/
tia captas iudicantium aures ad falsarum
opinionum ineptias transferamus. ¶ Et
primum quidem uellem: ut quærenti mi/
hi respondeat. An in hoc ipso populo in
quo nunc constituti sumus una sit oīum
similisq; forma: l3 sit omniū una natura.
Opinor hoc eum esse dicturum: q omnes
quidem ciues nostri dissimili sint uultus
uarietate formati: nec eadem est omniū si
milisq; forma: & si dubitat (quod nō opi
nor) aspiciat cum in unum se locum toti/
us populi multitudo collegerit: quod in
theatris uel in concionibus fieri consueuit
& oculorum suorum aciem: iudiciumq;
ad formam totius transferat turbæ: & oñ/
dat mihi (si potest) duos saltem aliquos in
tantis milibus hominum qui iisdem ac si
milibus membrorum lineamentis uide/
antur esse formati: prodeant simul patres:
liberi: fratres: & cum sit omnium necessi/
tudo sanguine iuncta diuersa tamen for/
marum designatione cernuntur. Nec in/
uenitur aliquis ita similis: ut non uultus
eius ab alterius uultu ex aliqua parte dis/
sentiat. Vnde constat generis quidem no
stri substantiam: & ipsam nudi ac soli/
us corporis formam ex quattuor elemen/
torum commixtione prouidi numinis ar
tificio esse formatā. ¶ Colores uero no/
bis ac formas: mores etiam & instituta de
nulla alia nisi stellarum perenni cursus agi
tatione distribui. Habent enim stellæ pro

prium ſenſum diuinamq; prudentiam. Nam puro diuinitatis animatæ conceptu ſummo illi ac rectori deo: qui omnia perpetuæ legis diſpoſitione compoſuit: ad perennis procreationis cuſtodiendum ordinem infatigabilibus conſenſionibus obſequuntur. Nec enim eſt aliquis homo: quem tam ſacrilega deſperatio temeritatis exagitet: ut in terra ubi omnia uidet eſſe mortalia: dicat eſſe prudentiam. Illic uero ubi omnia immortalitate perpetuitatis ornantur. Non prudentiam eſſe: non rationem aut prouiſionis ordinem obſtinata mentis animoſitate diffiniat. ¶ Quis dubitat quod per has ſtellas terrenis corporibus diuinus ille animus neceſſitate cuiuſdam legis infunditur? cui deſcenſus per orbem ſolis tribuitur? per orbem enim lunæ præparatur aſcenſus. ¶ Mens enim illa diuina animuſq; cæleſtis per omne mũdi corpus in modum circuli collocatus: & nunc intrinſecus: nunc extrinſecus poſitus cuncta regit: atq; componit: & propria originis generatione conceptus ad procreanda & cõſeruãda omnia ignita: hac ſempiterna agitatione perpetuat. Nec hoc officiũ aliquã fatigatione deponit: ut ſeipſum mundum atq; omnia quæ intra mundum ſunt: perpetua ſui atq; infatigabili nobilitate ſuſtẽtet. Et ex hoc animo hi ſempiterni ſtellarum ignes: qui globoſæ rotũditatis ſpecie formati: circulos ſuos orbeſq; celeri feſtinatiõe perficiunt: maieſtate diuinæ illius mentis animati partem animi ad terrena corpora transferuntur: & ſpiritum ex illis perpetuis animi fontibus mutuantur.

¶ Hac ratiõe immortalis animus in nobis caducam terreni corporis fragilitatem confidentia ſuæ Maieſtatis exornat: ut & ipſe auctori ſuo originiq; ex aliqua parte reſpondeat. Qui diffuſus per cunctos animantes: qui terrena conceptione gignuntur: facit ut diuino animati fomento perpetua generationis propagatione uigeſcant. Quare cum nunc ſimus cum ſtellis quadam cognatione coniuncti: nõ debemus eas ſacrilegis diſputationibus propriis priuare poteſtatibus: quarum quottidianis curſib⁹ & formamur pariter & creamur. Vnde quod tu per nos fieri diffinis: ut homines a cultu deorum: regionumq; profano mentis furore reuocemus. Qui omnes actus noſtros diuinis ſtellarum dicimus curſibus cõfici. Falleris: & contrarium putas: & a uera ratiõe diſſentis. Nos enĩ timeri deos: nos coli facim⁹. Nos numen eorum maieſtatemq; monſtramus: cum omnes actus noſtros diuinis eorum dicimus agitationibus gubernari. Colamus itaq; deos: quorum ſe nobis origo ſtellarum perenni agitatione coniunxit: & maieſtatem eorum gens humana ſupplici ſemper ueneratione ſuſcipiat. Inuocemus ſuppliciter deos & religioſe promiſſa numinibus uota reddamus: ut confirmata animi noſtri diuinitate: ex aliqua parte ſtellarum uiolentis decretorum poteſtatibus reſiſtamus. ¶ Hoc debere nos facerẽ uir diuinæ ſapiẽtiæ Socrates docuit. Nam cum quidam ei de Moribus ſuis: cupiditatibuſq; dixiſſet: quas ille ſimili ratione collegerat. Sunt inquit (ut dicis) cognoſco confiteor: & uir prudentiſſimus licentia facili confeſſione detexit. Sed hæc inquit omnia a me prudentia & uirtutum auctoritate ſuperata ſunt: & quicquid uitii ex praua cogitatione corpus habuit: animi bene ſibi conſcia diuinitas temperauit. Hinc intelligi datur ſtellarum quidem eſſe qđ patimur: & quæ nos incentiuis quibuſdam ignibus ſtimulant. Diuinitatis uero eſſe omne quod repugnamus. Nam quod ad leges pertinet, quibus peccata ho

minum seuera correctione plectuntur eas
recte prudentissima constituit antiquitas:
animo enim laboranti per eas opem tulit
ut per ipsas uis diuinæ mentis pernitiosa
corporis uitia purgaret. Sed iam ei qui ad
istam nos necessitatem quæstionis addu-
xit: dilata responsione ea quæ de moribus
& coloribus parabantur: cuius fundamen
ta ex aliqua parte iactata sunt. Ostenda-
mus etiam leges potestatibus fatorum ne
cessitatibusq; seruire: & hoc eas semper fa
cere: quod fatorum decreuit auctoritas.
Quod ut probemus longiora repetere
debemus exempla. Ecce ille iuuenis inte-
ger uiribus: diues: innocens: & modestus:
nullo domestici facinoris exagitatus im-
pulsu: nulla timoris trepidatione com-
pulsus: laqueo se suspendit & perdidit. Al
terius iam palpitantis laqueum rupit ini-
micus: & qui se ob dedecus uitæ morti pro
pria animaduersione se dederat. Soluto la
queo iudicantis sententia liberatur. Quis
hoc alius nisi uis fati: necessitasq; perfecit:
ut ministri necis qui ad exhibendum re-
um fuerāt destinati oppressum malis suis
hominem & conscientiæ animaduersio-
ne damnatum: ex medio imminētis mor
tis periculo liberarent. Ille rursus cui om-
nes innocentiæ testimonium perhibent
stricto gladio tanq̃ cogeretur incubuit:
& minacem mucronis aciem costis inno-
centibus condidit. Ille uir sobrius: integer
ac pudicus: cuius uitam semper sumus in-
stitutumq; mirati. Ecce per præcipitia pro
iectum corpus flebili laceratione dispersit.
Ille iustus uitam suam misera mendicatio
ne sustentat. Ille uero quem famosi scele-
ris maculauit infamia: fœlicibus subleua-
tur augmentis: & maximis honorum cu-
mulatur insignibus. Ecce pyrata post in-
finitas innocentum neces in cruento sinu
fœlices suscipit filios. Ille innocens & ab
omni scelerum separatur inuidia: cui hæc
tribuis? quis ista fieri permittit? cui tātum
de nobis licuit: da manus & aliquādo istis
nos contentionum conflictationibus libe
ra: ut hæc omnia quæ fragilis & caduca cō
sueuit ferre mortalitas fortuitis stellarum
cerni cursibus: etiam tua confessione con
firmes. Quid de errore? honoribus. s. ma
lorum: & de fuga exilusq; bonorum dici-
mus? Vides illum seruilibus maculis infe-
ctum sordes ac labem generis sui consula
rium fascium nobilitate protegere? Ille in
genui sanguinis ornamenta circunferens
honorum debitis est priuatus insignibus.
Ille primæ ætatis gradu positus: nulla p̃-
ferens ornamenta uirtutis: omnes hono-
res præcipiti celeritate continuat. Ille iam
deficientis ætatis senio confectus: & testi
monio egregiæ uitæ cursu ornatus. Nunc
primo in adeundis honoribus auspicatur:
quæ istum senem ratio retardauit. At qui
illi omnium honorum ornamenta uitæ
meritum pollicebatur. Quis illum iuue-
nem ad tantum honorum cumulum: de
quo nihil adhuc tale sperare poteramus:
cursus repentinæ fœlicitatis impegit: nisi
uis illa (quam dicimus fati) quæ stellarum
agitatione perficitur: operata est: ut illum
cogeret hunc retardaret. Quid iam de dā
nationibus loquar? malorum peccatorum
aut criminum merito dicebas pauloante
constitui. Frequenter uidimus huiuscemo
di iniurias omnium consentiente iudicio
innocentibus irrogatas. prudentissimum
illum Atheniensium: & singularis iusti-
tiæ uirum: qui uitæ atq; uirtutum merito
sapientis cognomen acceperat: infamis te
stulæ iactus exegit. Socrates uero cuius pru
dentia testimonio diuinitatis ornatur: for
matis moribus hoīum & diuina institutōe
cōpositis: falsis accusationib9 obrutus est
& acerbæ delatiōis oneratus inuidia inde

Si Luna feratur ad Solem: & ei se partiliter radiatione cõiungat: in qualicunq; scemate: faciet periculosos miseros deiectis ac miseris facultatibus: & omni uita humili conuersatõis deiectõe p̃stratos. Interdũ facit spaticos: & qui assiduis ualitudinũ uitiis cõtrahant. Alios facit caducos: aliis alienationum decernit incõmoda: aliis plærunq; decernit insanias.

Luna si ad Venerem properet.

Si Luna feratur ad Venerẽ: & Venus partiliter radios Lunæ uenientis exceperit: si & crescens Luna se coniunctioni Veneris applicuerit: faciet parentes nobiles: & maximæ potestatis potentia subleuatos. Sed qui nati fuerint a parentum affectibus separatis cito onus miseræ orbitatis indicit: erũt sane noti semper & nobiles: & qui semper in omni actu perficiant. Et qui omnia quæ desiderant facile consequantur; & qui potentiæ maximis honoribus fulgeãt: pleni uenustatis & gratiæ: sed omnia incrementa processu temporis consequentur.

Si uero luna deficiens sic feratur ad Venerem: magnos actus: honores maximos & magnæ potestatis decernit insignia: & quibus a potentibus: & a prima ætate magnæ fœlicitatis conferantur augmenta: s; hos facit assiduis infamari rũoribus. S; & semper Luna in omni ortus sui configuratione: si feratur ad Venerem: faciet p̃posteris amorum uitiis implicatos: & qui ob hoc assiduis pulsentur infamiis: impuros: libidinosos: & circa amores mulierũ: & modica semper cupiditate flagrantes: & quos ad nepharios coitus incesta cupiditas semper incendat. Aut enim sorores suas semper stuprant: aut sororum filias: aut uxores filiorum: aut uxores priuignorum aut cum nouercis suis coeunt: aut concubinas patrum latenti cupiditate corrumpũt: aut paternis per illos similis irrogat iniuria. Præsertim si istam cõiunctionẽ Mars de diametro r̃spexerit. Nã si sit diurna genitura: & Luna in cardinibus genituræ posita sic feratur ad Venerem: Mars uero in occasu: uel in. M. C. fuerit inuentus: ob hæc facinora q̃ diximus: gladio faciet īterire.

Si uero in mulieris gẽitura sic Luna feratur ad Venerẽ: erit inuido stridore semper impatiens: & quæ ad promiscuas libidines prauis cupiditatibus erigatur: & quæ incestarum & illicitarum cupiditatum uota cocipiat: & impuris semper libidinum cupiditatibus æstuet: aut enim cum fratribus: aut cum filiis coit: aut cũ filiis fratrũ: aut patrueles suos illecebris suis captos: ad genialis iniuriã Tori priuignos p̃postero adducit cupiditatis ardore: aut affines suos sibi stupro cognitos iũgit. Alias uiragines facit. p̃serti si ī tropicis: uel ī erraticis signis

uel in duplicibus: uel in squamosis Venus cõstituta si ad eã luna (sicut diximus) pgat. Ipsa quoqz in signis similibus cõstituta: sz hoc fortiori cõcitat ardore: si istũ cursum lunæ Mars uel Saturnus quadrata uel diametra radiatõe respexerit: uel si Venus isidẽ cõceperit radiatiõibus intueri. ℭ Fortiora hæc aũt mala si Venerẽ uel Lunã in Saturni uel Martis domo sic (sicut diximus) cõstitutas: fine opportuno testimonio Iouis: Mars uel Saturnus: quadrata uel diametra radiatõe respexerit: & sit plena luminibus.

ℭ Luna plena si Mercurium adeat.

SI Luna ad Mercuriũ ferat: & ei se cursus sui radiatõe cõiungat: & sit plena luminib9: faciet cor datos: ingeniosos: oratores sũmæ eloquẽtiæ nobilitate fulgẽtes. Præsertim si Mercurius in opportunis genituræ locis cõstitutus in signis suis: uel in partibus suis fuerit inuctus: & eũ Iuppiter trigonica radiatione respexerit: tũc enim Isaz merito: & eloquẽtiæ splẽdore: maxima illis cõferãt insignia. Hi enim populi leues aios & turbulẽtos: seditionibus cõcitatos: eloquẽtiæ suæ ptãte cõpescũt: & furẽtes aĩos: & perditi furoris indignatiõibus cõcitatos: oratiõis suæ possint lẽctia mitigare. Sciẽt cõputos: sciẽt musicã: palæstricã semp exercebunt: & cælestiũ ac diuinaz disputationũ secreta cognoscũt. ℭ Ex qbus occasiõib9 gloria: substãtia: & maximus illis decerni tur principatus. ℭ Si uero ad Mercurium sic positũ tali testimonio Iouis ferat luna faciet rationibus pponi fisci semp aut populi: uel certe tales reddit: qbus res depositæ: uel a peregrinis rationibus credat. Faciet etiã his pecuniaz actus assiduis cõuersationibus credi. ℭ Si uero deficiens lumine luna ad Mercuriũ ferat: faciet malignos: maliciosos: sceleratos: instabiles: cupiditatis errore dubios: & qui oĩa cõsilia multiplicẽt: & erratica semp dubitatõe suspendant: & qui actus suos assidua cõmutatione cõuertant: & qui res sibi creditas abnegent: uel absconsas publicare desiderẽt & qui cõmissa sibi cõsilia publicent: his delationibus deferantiii posteros malitiosa semp cupiditate fallentes: aut qui cũ effractoribus: aut cũ furibus cõscientiã iungãt: uel certe ipsi erunt fures: uel effractores: erunt sane corpore debiles: languidi: uitio si: & quos semp maliciosis hũoribus ægritudo cõparata debilitet.

ℭ Luna uacua Cursu: si ad nullũ feratur.

SI uero Luna sic fuerit collocata ut ad nullum ferat: nec alicui se stellæ ꝓpria radiatione coniungat: nec cardines beniuolũ sidus obsideat faciet pauperes deiectos: & qui ab omnibus sint necessariis destituti: & quibus quotidianæ uitæ subsidia denegent: & quibus ad sustinendã uitam semper aliena præsidia desiderent: & qui per paupertaus angustias misera mendicatione sustineant. Erunt autẽ a parentibus infamiis inferiores: corpus uero eorum debile: languidũ: & assidua macie confectum. Impugnabũtur malignis humoribus: & assiduo tumore uulnerum fatigabuntur: sed illis intra cutem malignus humor semper illabitur articulis obligatus. Præsertim si per uacuũ currens: quam græci cenodromon dicunt a Saturno uel Marte: quadrata uel diametra radiatione pulsetur: uel si per uacuum currens tertio natali die a Marte uel Saturno eadem: quã diximus) fuerit radiatione pulsata: uel si maliuolæ stellæ in cardinibus fuerint constitutæ.

ℭ Luna uacua Cursu: si a bẽiuolis radiata.

VErum si sic currens: id est per uacuum: beniuolarum stellarum fuerit radiatione coniuncta: in prima ætate uacuos faciet semper & nudos: assiduis faciet laboribus fatigari: & miseriarum assiduis ratiõibus quatit: maximis sudoribus: & maximis laboribus præsidia quærentes: & cũ eos uicinos fœlicitatibus fecerit: eos a summo gradu: caduca rursus

faciet deiectione delabi: & interdum usq; ad summũ perductos: non patitur plenã apprehendere fœlicitatem. ℂ Per uaria enim signa Cursus suos dirigens Primam ætatem facit miseris ac uariis infortunioꝝ casibus implicari. Sed cum aĩum & corpꝰ graui infortuniorũ continuatione quassa uerit: & multis iuuentute periculis fregerit: & hac atq; illac misera peregrinatione pertraxerit: tunc multoꝝ bonoꝝ & maximæ fœlicitatis decernit augmenta: ut quãtũ primæ ætati infortunii fuerit deroga tũtũ posteriori ætati fœlicitatis cõferat.

ℂ Luna Vacua Cursu si Saturno Postea Marti applicuerit.

Si uero per uacuũ currens Saturno & postea se Marti cõiũxerit infœlices: lunaticos: caducos faciet: & qui a prima ætate usq; ad nouissimã uario infœlicitatis genere deprimanť: faciet pauperes: miseros: destitutos: & quoꝝ corpus sit male pendentibus nudũ: custodesq; sepulchroꝝ: aut ppetua carceris pœna claudantur.

Explicatis coniũctionibus Lunæ & diligenti significatione monstratis ad aliam interpretatione nostra transferatur oratio: Ipsius. L. Lunæ: ne quid a nobis in tam subtilibus disputationibus prætermissum esse uideatur: Præsertim cum tota uitæ substantia ex istiꝰ numinis cursibus colligatur.

ℂ A Saturno Luna ad Iouem.

Saturno defluens luna si se Iouis stellæ coniunxerit: uel ad Iouem feratur: si crescẽs ista fuerit socie tate cõiũcta: faciet locupletes: diuites: copiosos: claros: nobiles magnis populis uel magnis ciuitatibus ꝓpositos: aliis hæreditates maximas: aliis thesauros: aliis maxima dona largitur. ℂ Si uero fuerit minuta luminibus nihil tale decernit: sed facit procuratores; curatores: aut quibus priuatarum rerum tuitio tradatur: & qui peregrinis negociatõibus immorenť: aut gubernatores: aut naucleros: aut uectigaliũ cõductores reddit: & quorum actus circa aquã ius cõditionis exerceãt: ut ex istis artibus parua illis substãtia ferať.

ℂ A Saturno Luna ad Martem.

A Saturno defluens Luna ad Martem si se coniungat plena luminibus: ualitudines & uitia decernit: & prima iuuẽtute faciet interire. ℂ Si uero minuta luminibus matri: lõgas ac maxime ægritudinis tormenta decernit: & q busdam facit eas; uitiis obligari: sed & malæ mortis eidem matri discrimen impingit: ut assidue uomens sanguinem pereat: & ipos facit q nati fuerit miseræ orbitatis langoribus fatigari: ut parentes eorũ perpetua dissensione dissociari: sed & paternam & maternam substantiã uaria dilace ratione dilapidat: & assidua illis ferro uulnera infligit: & tales decernit ægritudines ut curãdi gratia: medela illis cauteriorum adustionibus conferatur: faciet etiam ab sconsarum artium assiduos labores: aut lõgæ ægritudinis doloribus demersos: uitæ munus iplere: aut facit biothanatos uariis generibus interire: aut enim submersi fluẽtibus: aut incensi depereunt: aut laqueo se suspendunt: aut gladio se extingunt.

ℂ A Saturno Luna ad Solem.

Si a Saturno defluens luna ferať ad Solem: maxima infortunia & maximas decernit calamitates: faciet enim insanos: lunaticos: caducos: hydropicos: helephantiacos: sed hæc infortunia pertinaci assiduitate perpetuat usq; ad ultimum diẽ uitæ: ut istis calamitatis laqueis implicetur.

ℂ A Saturno Luna ad Venerem.

Si a Saturno defluẽs luna Veneris se stelle coniũgat: si crescẽs lumine fuerit: faciet magnos: nobiles: & potẽtes: fœlices: locupletes: & diuites & magnæ; quosdã ptãtis scæuos libidinosos & qui ex istis graui pulsentur infamia.

ℂ Si uer

℄ Si uero fuerit minuta luminibus prauas amorẽ decernit illecebras: aut impuris & impudicis facit libidinibus implicari: aut turpes actus assidua cõtinuatiõe decernit: sed nihilominus facit hos eosdẽ quærentes & habentes maximas substantiæ facultates: & quibus pecuniarũ præsidio fœlicitas & potestas maxima comparetur.

℄ A Saturno ad Mercurium.

SI a Saturno defluens Luna Mercurii se stellæ coniunxerit: si crescens fuerit luna luminibus: facit obscuros & abscõsos & tacitos: secretarum & illicitarum conscios litterarũ: aut cælestibus religionibus occupatos: aut peritis cõputationibus interpraetantes siderum cursus. Facit etiam negotiationibus præpositos: & liberalium artium publicos magistros: facit oratores eloquentiæ splendore fulgentes: aut medicos cũctorum testimoniis adornatos. ℄ Si uero fuerit minuta lumine: aut sonum uocis impedit: aut aures obtundit: sed & corpus eorum qui sic habuerint misera fatigatione distillat. facit melancolicos: histericos: spleneticos: ptysicos: hydropicos: flegmaticos: & angusto meatu cũ acerbo doloris incommodo collectum uesicæ stricti tumorem.

℄ A Ioue Luna ad Martem.

SI a Ioue defluens Luna feratᷣ ad Martẽ: & sit nocturna genitura & crescens Luna sic se Martis societati iungatᷣ: facit magnos: potentes: ciuitates: uel regiones maximas suis uiribus obtinẽtes: sed cum sollicitudinibus: & cũ periculis istius decernit potentiæ potestatem. Non erunt tamẽ hi sine uitio aut ualitudine: sed existunt tales qui facile cũcta patiantur. Præsertim si in principalibus geniture locis Mars fuerit inuentus: quod si in deiectis locis Marte constituto sic ad eum Luna feratur: ignitas artes decernit: sed ipsos facit humiles: & abiectos: & ualitudies & uitia: & malæ mortis discrimina frequẽti ratione decernit. ℄ Si uero per diẽ Luna a Ioue defluat crescens: & stellæ se Martis associauerit: faciet expositos: seruos: miseros: onere mẽdicitatis oppressos: uiciis ac ualitudinibus implicatos: & quorũ seruitus captiuitati sit similis: & qui uitam uiolenta morte deperdant. ℄ Si uero Luna deficiens in nocturna genitura a Ioue defluat & feratur ad Martem: primos claros faciet: & si Mars in principalibus geniture locis fuerit inuentus: & Luna minuta luminibus in nocturna genitura a Ioue defluens feratur ad Martem: faciet iudices: duces: & quibus summũ potestatis credatᷣ imperium. Quod si in deiectis genituræ locis Mars fuerit inuentus: & si sic (ut diximus) ad eũ feratᷣ luna: faciet milites athletas: & q igni & ferro quærant sibi uitæ subsidia: aut medicos uel chyrurgicos facit.
℄ Si uero per diẽ deficiens Luna: & a Ioue defluens feratur ad Martem: paternum ac maternum patrimoniũ dissipat: & parentes in prima ætate eius perimens onus extremæ mendicitatis imponit. Aliis uitiũ acerbi doloris infligit. facit interdũ seruos interdũ captiuos: plærunq; biothanatos. Præsertim si sic currẽte Luna Mars in cardinibus genituræ fuerit inuentus: uel si in anaphoris uel cataphoris sit: tunc eni quæ diximus erunt: cum in his locis constituto Marte Luna ista se societate coniunxerit.

℄ A Ioue Luna ad Solem.

SI a Ioue Luna defluens feratᷣ ad Solem paternum ac maternum patrimonium uaria dilaceratione dissipabit: & ipsos a parentibus alienabit: aut in longinqua peregrinatione constituet: alios exules: alios fugitiuos facit: aliis seruitutem: aliis onus captiuitatis imponit: præsertim cũ in domo Saturni uel Martis Sol uel Luna fuerit inuenta.

℄ A Ioue Luna ad Venerem.

SI a Ioue Luna defluens feratᷣ ad Venerē si sit crescēs uel plena luminibus: faciet parentes nobili potestatis auctoritate præfulgidos: & qui maximā fuerint potētiam cōsecuti: sed alienari a suis tunc qui natus fuerit cogit: & cito eū orbatum parentibus facit. Sed nihilominus etiam ipsi potentiā: gloriā: nobilitatemq; decernit: sed hæc omnia post ꝓcessu largitᷣ ætatis & ab uxoribus maximæ fœlicitatis decernit augmentū. Facit etiam ipsos uenustos: gratos: lepidos: & ꝗbus ex gratia uel uenustate potestas maxima cōparetᷣ. ℂ Si uero a Ioue defluens ad Venerem feratur minuta luminibus: & sit in pŕcipalibus uel necessariis genituræ locis īfinita fœlicitatis incremēta decernit. Et erit nimiū fœlix in cuiuscūq; genitura sic fuerit inuenta. Decernit enim honores potentias: fasces: prætextas: & magnificæ potestatis insignia: & quibus a parentibus hoc dignitatis meritum cōferatᷣ: & in primo ætatis gradu positis potentissimæ dignitatis ornamenta decernit: & uxori & mulieribus: diuitiaꝝ & fœlicitatis facit incrementa cōferri.

ℂ A Ioue Luna ad Mercurium.

SI a Ioue defluens Luna ad Mercurium feratur plena luminibus facit criticos: idest iudices bonos: benignos: gloriosos. Erunt enim aut exactores fiscaliū præstationū: aut religionibus præpositi: aut Iuris interprætes: ex ꝗbus occasionibus maxima illis fœlicitas & diuitiæ maximæ conferantur: ut ipsa fœlicitas per omne uitæ spacium perseueret. ℂ Si uero minuta lumine a Ioue defluens feratur ad Mercurium: ex litteris uel ex disciplina aliqua: aut ex horreis: aut negociationibus faciet uitæ substantiam: uel subsidia quærentes: quidam hæreditates aliquas consequentur: alii inuenient: alii cōmendatas sibi res abnegāt: ut ex ista perfidia patrimonii sibi præsidia comparent.

ℂ A Ioue Luna ad Saturnum.

SI a Ioue defluēs Luna ad Saturnum feratᷣ: & sit crescēs uel plena luminibus: faciet ab extraneis adoptari: uel ipsos alienæ sobolis patres aut minorū tutores: aut ꝓcuratores facietᷣ: alii expositos uł subtractos filios post multū tpis spaciū inuenire coguntᷣ: erūt aquosis semp atq; humidis actib⁹ implicati: aut assiduis pegrinationibus errantes: aut pegrinaꝝ merciū gratia nauigātes: ut ex ista cōuersatione uitæ illis subsidia quærātur. ℂ Si uero minuta luminibus a Ioue defluens ad Saturnū feratᷣ: aut exponi faciet: aut onus seruitutis imponit: aut infortunium miseræ captiuitatis indicit: aut alia uicia: aut ualitudies facit: ut omnis uita eorū graui doloris acerbitate cōfecta cito finē miseræ mortis incurrat. ℂ Qđ si nocturna fuerit genitura & luna minuta luminibus a Ioue defluēs ad Saturnū feratᷣ: facit quolibet genere biothanatos interire.

ℂ A Marte Luna ad Solem.

A Marte defluens Luna si feratᷣ ad solē maxīa uitia ualitudinesq; decernit: & breuitatē tpis tribuit: & facit biothanatos interire & gn̄aliter maxīa infœlicitatis decernit incōmoda: quosdā uero sic posita facit in extraneis & in pegrinis finibus interire.

ℂ A Marte Luna ad Venerem.

SI a Marte defluens Luna feratur ad Venerē: & sit crescēs uel plena luminibus: facit adulteros: libidinosos: amatores: & Veneris semp cupiditatibus deditos: frequētibus piculorū casibus implicatos: exercebūt aūt artes pigmētoꝝ: & aromatū: aut lapidū: & margaritaꝝ: & fiūt frequēter ex ista lunæ societate tinctores: metalli ēt cuiusdā cōmertia tractabūt: & fiūt pro signoꝝ & locoꝝ qualitate caupones: ut ea quæ ad uictū uel potum sunt necessaria famosis & publicis mercimoniis ꝑparentᷣ. ℂ Si uero a Marte defluēs minuta lumine sic feratᷣ ad Venerē: efficaces: beatos: fœlicesq; faciet: sʒ diuites

hi sane mulieres sollicitant & auferunt locupletes: Sed enim alieni iuris uxores: in quibus cõparabunt illis maxima fœlicitatis insignia: nam per has mulieres honestant maximo dignitatis ornatu. p̃sertim si sit nocturna genitura: faciet laboriosos: & uariis operibus inhærẽtes: & qui ob res uenereas frequenti pulsentur infamia: & quos sẽp ꝓmiscue libidinis uota sollicitẽt.

A Marte Luna ad Mercurium.

Si a Marte defluens luna ad Mercuriũ ferat plena lumine in nocturna genitura milites faciet: & athletas gloriosos: inter alios publicis & gloriosis officiis præponi: sed erunt maligni: malitiosi: & quorũ cupiditas ad omne facinus per dies singulos crescat: erunt enĩ carnifices: aut spiculatores: & quibus defendi licentiã publica cõmittat auctoritas. Si uero per diẽ ista se luna societate cõiungat: & sit plena lumine: decernit miseræ damnationis incõmoda: ut sniam iudicis subire cogant: & fiant ex ista damnatione biothanati. Si uero minuta lumine in diurna genitura a Marte defluens ad Mercuriũ ferat: infinitis imersum cupiditatibus decernit. Facit enim crassatores latrones: sed qui in isto deprahensi facinore seuera iudicantis animaduersione plectantur: alii p̃muntur cadẽtium ruina tectorũ: alios a rectæ uitæ cursu mittit ad insanias. Si uero fuerit in nocturna genitura: faciet carceris præpositos custodiarũq; custodes: & qui ex hoc officio patrimonii sui substantiã comparẽt. Erũt sane amatores nauium & athletarum: & q quadrupedia animalia assiduis officiis prosequantur: habebunt sane uitia & assiduis periculorum incõmodis decernuntur.

A Marte Luna ad Saturnum.

A Marte defluẽs Luna si plena uel crescens ad Saturnũ feratur: facit tardos: pigros: & qui ad nullos actus possint ꝑficere: & qui nihil ex his q̃ desiderãt cõsequant: matrẽ uero uiduatam reddit: aut uitiis: aut ualitudinibus implicatam: sed hanc tandẽ malæ mortis fine perimit: ipsorũ patrimoniũ assiduis lacerationibus dissipat: facit eos ẽt uariis uitiis implicari. Si uero deficiẽs lumĩe & a Marte defluens ad Saturnũ feratur: fames ægritudines: ualitudinesq; decernit: facit lunaticos: hæmorrhoicos: clodos: paraliticos: gibberosos: oligochronios: aut si nihil horũ fuerit: facit biothanatos: quorũdã enĩ matres aut patres ꝓ signorũ q̃litate: aut uitiis oppressos: aut pimit: aut facit biothanatos interire.

A Marte Luna ad Iouem.

Si a Marte defluẽs Luna plena lumine: uel crescens ad Iouẽ ferat in opportunis genituræ locis: facit duces ducẽtes exercitũ: potẽtes: impiosos: & qui sint omni rõne terribiles: & qui ꝓuincias: ciuitatesq; potẽtiæ suæ ptãte possideant: erũt sane diuites: locupletes: pecuniosi: & queq; uolũt facillimis rõnibus cõsequãt: & qui sint in oiu; certaminũ cõflictatiõe uictores. Si uero sit miuta lumine: & sic a Marte defluẽs ad Iouẽ ferat: faciet publicis quibusdã certaminibus destinatos: sed qui semp p̃conio bonitatis ornent: aut gloriosos: aut milites facit: & his assidua fœlicitatis incremẽta decernit: & hos eosdẽ crebris honorũ promotionibus latæ patriæ: & uariis facit generibus gloriosos: latentia tñ uitia infligit: & frequẽtibus faciet ualitudinibus implicari.

A Sole Luna ad Venerem.

Si a Sole defluens Luna ferat ad Venerẽ: & sit diurna genitura: faciet steriles: & qui sobolem generare nõ possint: & qui difficile coniugalibus copulent affectibus: aut enim steriles: aut anus: aut ancillas: & ipsas nihilominus steriles uxores ducunt: ac puerorũ turpes & miseros coitus sectant. Ex qua causa filiorũ illis soboles in perpetuũ denegetur: erunt sane p̃posteris amorũ uitiis obli

gati: aut impuris: aut turpibus cupiditatib9 dediti: seruilibus semper studiis: & seruilibus actibus occupati: facultates nimias cõparãtes: & per semetipsos uitæ sibi subsidia maxima quærentes: & qui fœlicitatis augmenta processu temporis consequantur. ℭ Si uero per noctẽ a sole defluens Luna ferat᷑ ad Venerẽ: multas decernit uxores: facit communes: gratos: acceptos: & magnos actus: & magnis actibus se immiscẽtes: & magnas decernit facultates: erunt nobiles gloriæ splẽdore fulgẽtes. facit aũt imperiosos: potẽtes: diuites: & quibus maxima fœlicitas cõferat᷑ in substantia. ꝑsertim si nullũ deoꝝ Saturnus quadrata: uel diamatra radiatione pulsauerit: tũc aut hæ fœlicitates: aut hi honores decernunt᷑: si i necessariis gẽituræ locis fuerit ista ꝯiũctio.

ℭ A Sole Luna ad Mercurium.

Si a Sole defluẽs Luna ad Mercurium ferat᷑: & sit diurna genitura facit in uita & in actibus periculosos & moribus malis: & sacrilego sem p errore ꝑposteros: & diuinitatẽ negantes sed hi tñ etiã cõmẽdatas res sibi abnegãt. ℭ Si uero per noctẽ a Sole defluẽs Luna ad Mercuriũ ferat᷑: facit publicos Tabelliones: & ex qbus lr̃is quærant uitæ subsidia: erunt tñ hoc studio in suis ciuitatibus ornati: & qui oĩbus eiusdẽ negocii uires cũctoꝝ iudiciis ꝑferant᷑. frequenter tñ si eos Iuppiter trigonica radiatõe respexerit curã ciuitatis tuitionẽq; suscipiũt. Erũt aũt difficiliũ litteraꝝ aut Sophiæ cuiusdã inuentores: aut cælestibus religionibus dediti: & qbus diuinitatis secreta credant᷑: aut absconsarum litteraꝝ aut illicitaꝝ actibus inhæ rescant: alii absconsas res inuenient: aliis cõfert᷑ hæreditas: si tñ alieni ab his fuerint: Mars pariter & Saturnus.

ℭ A Sole Luna ad Saturnum.

A Sole defluens Luna si ad Saturnũ ferat᷑: & sit diurna genitura patrimoniũ dissipat: parentes diuidit: & ipsis miseræ orbitatis indicit incõmoda: sed ꝓcessu tpis ipsis maximã decernit substãtiæ facultatẽ: & magnaꝝ fœlicitatũ tribuit augmẽta: & multoꝝ fundorũ dñia largitur. ℭ Si uero per noctẽ a Sole defluens Luna ad Saturnũ ferat᷑: orbitates decernit: & patrimonia minuit: & malaꝝ pegrinitatũ decernit incõmoda: facit ẽt grauia uicia: & graues ualitudĩes: aut periculoꝝ grauiũ: & uiolentoꝝ facit casibus implicari.

ℭ A Sole Luna ad Iouem.

A Sole defluens Luna si feratur ad Iouẽ: & sit diurna genitura a parẽtibus fortunæ & fœlicitatis largitur insignia: quidã regiones aut ciuitates maximas obtinebũt. Erũt enim ultra modum beneficio fœlicitatis ornati. ℭ Si uero per noctẽ a Sole defluẽs ad Iouẽ ferat᷑: faciet per semetipsos sibi facultatũ substantiam cõparantes: & qui sint assiduis peregrinationibus dediti: sed hos in pría iuuẽtute decipit: & cũ fuerit ꝓuecti tpis ætatis glorias: cõmendationes bonas: & idoneas decernit sibi subsidii facultates.

ℭ A Sole Luna ad Martem.

A Sole defluens Luna si feratur ad Martẽ: & sit diurna genitura: parentes eius celeri morte ꝓsternit ut sic ipse orbitatis onere deprimatur: pereunt aũt parẽtes ex ista cõiunctione frequẽter biothanati: & ipsis qui nati fuerint decernit uitiosas luminũ cæcitates: aut facit eos amputata pte corporis debiles: aut ĩ prima eos pimit ætate: uł si nihil hoꝝ fecerit: faciet biothanatos interire. ℭ Si uero per noctẽ a Sole defluens Luna feratur ad Martẽ: facit uiolentos: crudeles: & qui periculosa semper facinora cõmittant: aut facit uitiis & ualitudinibus implicatos: actus tñ publicos militiãq; decernit: aut athletas facit gloriosos piter: & ꝑsertim si Mars & Luna in necessariis genituræ locis fuerint inuenti. ℭ Si uero in deiectis locis fuerit ista coniunctio: sine alicuius bonæ stellæ testimonio patrimonium minuit: orba

ri parentibus facit: humiliat uitam: uitia ua litudinesq; decernit: aut certe facit biothanatos interire. Actus uero: aut ex igne: aut ex ferro: aut ex metallo facit: aut tales certe qui sempiterni laboris continuationib9 deterantur.

☙ A Venere Luna ad Mercurium.

A Venere defluẽs Luna si ad Mercurium feratur: & sit crescens uel plena luminibus: defensores. uel procuratores facit nobilium fœminarum & qui mulierum præsidio ordine; aliquẽ promotionis accipiant. Erunt autem aut tinctores: aut margaritarii: aut armorũ inuẽtores: musici frequẽter īcliti: & medici: aut athletar; pricipes: & magistri sed libidinosi: & assiduis amor; cupiditatibus subditi: grati tamẽ: & circa uenereos coitus amabiles. ☙ Si uero a Venere defluens minuta lumine ad Mercurium feratur: uitia: impuritates: ualitudīesq; decernit: actus uero uarios: multiplicesq; facit: aut. n. oratores: aut tortores: aut plastas: aut sculptores faciet: aut pigmẽtarios: aut color; repertores: aut farmacopulas: aut popiarios facit: & q alienaru; uoluptatũ & delectationũ curam sollicitudinemq; sustineant.

☙ A Venere Luna ad Saturnum.

Si a Venere defluens Luna ad Saturnum feratur: si sit crescens luminibus: & sit nocturna genitura: aut prouectæ ætatis dabit uxorem: aut publicā mulierē ad cõsortiũ tori genialis: adducit: aut ex affinib9 aliquā sortitur uxorem: ut præsidio tamen coniugis honoris pncipem locum: & incrementa dignitatis & promotionis insignia consequatur. ☙ Si Vero a Venerẽ miuta dfluẽs Lũa i diurna gẽitura ad Saturnũ ferat̃: facit pessimis libidinũ cupiditatib9 innatos & uiciosis uoluptatibus deditos: & qui ex libidinosis actib9 crebra pulsent̃ ifamia. Erũt sane turpes: erratici: & seruili defectiõe miseri: locatores meretriciũ: aut certe lenones. ☙ Si uero mulieris sit ista genitura: erit publica meretrix: & q̄ uitæ subsidiũ i publico cõstituta loco pudoris iactura q̄rat corporis. ☙ Si a Venere defluens Luna in nocturna genitura feratur: Minuta Luminibus ad Saturnum: aut steriles: aut eunuchos: aut archigallos: aut hermaphroditos faciet: aut certe tales qui muliebria pati miseræ libidinis cogantur ardore: erunt Sane oligochronii: aut biothonati.

Si uero a Venete defluens Luna minuta luminibus per diem ad Saturnum feratur: faciet uitiosos: debiles: & quos malignus humor semper infestet: circa aquam tñ dabit actus: sed qui miseris laborum continationibus defatiganturt. Aut. n. ex altis puteis quottidiano onere aquam leuare coguntur: aut iubẽt̃ assidue lacunas cloacasq; purgare: aut erunt hortulani: sed miseri: aut nautæ: aut aquarii: aut piscatores: aut urnatores: sed hos actus frequenter signorum qualitas mutata dabit: faciet enim bubulcos: armentarios: equarios: pastores: & qui iumentorum stabula purgare: uel mundare iubeãtur: sepulchrorum etiam plærunq; facit custodes: aut lacte polinctores: facit qui sepeliendorum hominum curam cunctorum iudicio consensuq; suscipiant: sed hæc p loco; uel Signo; uarietate decernit. De q̄ uarietate ẽt i aliis apotelesmatib9 plenissime diximus.

☙ A Venere Luna ad Iouem.

Si a Vener̃ defluẽs luna ferat̃ ad Iouẽ faciet: magnos: potẽtes: & nobiles: & ciuitatib9 ppositos. quosdam uero facit subsidio mulie; subleuari. Erũt sane grati: uenusti: amatores mulie;: & q uenustatis gr̃a oĩa q̄ desiderãt cõleḡt̃.

Si uero defluens a Venere minuta lumine ad Iouem feratur de mulieribus dabit subsidia facultatum: & reddit tales a qbus prima ætate parẽtib9 fœlicitatis & gloriæ gratia cõferat̃: aliis hæreditates dabit: aliis lucra maxia

muenire cõpellit: aut in templis honorata
decernit officia.

℄ A Venere Luna ad Martem.

SI a Venere defluẽs Luna ad Mar
tem feratur in diurna genitura:
& sit crescẽs uel plena luminib9
amoris alicuius instinctu miseræ calamita
tis decernit exitia: & ob hoc graue pericu-
lorum discrimen indicit: & ad custodiam
carceris: & ad dãnationis crimen accedãt:
& qui propter hoc biothanata morte de-
pereant: alios facit expoliari: alios facit sub
iugari: alios facit miseræ captiuitatis adii-
ci pro locorum. s. potestate. ℄ Si uero a Ve-
nere defluens Luna per noctem feratur ad
Martẽ: & sit crescens uel plena luminibus
facit artificiosos: uiolẽtos: semper & calli
dos: & qui uitiis uel ualitudinibus implicẽ
tur. ℄ Si uero a Venere defluẽs luna in no
cturna genitura feratur ad Martẽ: facit ho
mines terribiles & potentes: qui regiones
maximas suis uirtutibus ac potestate subiu
gant. Præsertim si in horoscopo: uel in. 5.
ab horoscopo signo: aut Mars fuerit aut
Luna: nã si in cæteris locis fuerit ista con-
iunctio: aut artificiosos facit: aut athletas:
aut milites: sed qui assiduis periculorum ca-
sibus implicentur. ℄ Si uero a Venere de-
fluens minuta lumine in diurna genitura
feratur ad Martem: patrimoniũ misera di
laceratione dilapidant: & ipsos facit deie-
cta hũilitate miseros: & uitia ualitudinesq;
decernit: alios facit exules: alios in fugam
uertit: aliis onus seruitutis impõit: alios in
primo uitæ cursu pimit: facit plærunq; bio
thanatos mulierum causa: uel propter amo-
ris alicuius illecebras: ob hoc enim insidias
pericula: damnationesq; decernit.

℄ A Venere Luna ad Solem.

SI a Venere defluens Luna ferat
ad Solem: parentes acerba dis-
sensione dissociat: uel ipsis onus
diræ orbitatis indicit patrimõii & uitæ de
cernit angustias: impuros facit: & qui mise
ris amorum amplexibus implicentur: sed
cum primũ iuuentutis tempus exierint p-
cessu temporis augmenta patrimonii: &
quęcquid desiderauerint facile cõsequant.

℄ A Mercurio Luna ad Saturnum.

SI a Mercurio defluens plena lu-
na lumine ad Saturnũ feratur:
& sit diurna genitura: aut balbos
facit semper: aut surdos: aut uerba eorum
tardo sono uocis impediẽt: habebunt au-
tem actus: aut ex ratiõibus: aut ex magiste
riis: aut ex negociationibus: aut ex pegri-
nationibus & secreta cælestia semper insi
nuant: alii uel carceris custodiarum curam
tuitionemq; suscipiunt: & ex istis actib9 ui
tæ illis subsidia quærantur. ℄ Si uero per
noctẽ a Mercurio defluens Luna plena lu
mine ad Saturnũ feratur: faciet circa aquã
assiduis laboribus fatigari: operarios sem-
piternis laboribus deditos: & qui corpus
suum ad opus aliquod locare consueuerũt
laboriosos humeris ac dorso uitæ subsidia
quærentes: alios in custodia constituit: ali
os intrudit in carcerem: alios publicis iu-
diciis opponit: alios damnari: alios squa-
lore carceris & publicarum insidiarum op
pressos sordibus coinquinatos ac defor-
mes facit interire: præsertim si in maliuo-
larum stellarum signis fiat ista cõiunctio.
℄ Si uero a Mercurio defluens Luna mi-
nuta lumine ad Saturnum feratur: faciet
mendicos: pauperes: pannis obsitos: & mi
seræ egestatis calamitate demersos: alios
seruire in templis facit: alios uagari com-
pellit: facit plærunq; lunaticos: aut sacrarum
ualitudinum uitia decernit: facit caducos:
& misera cõmotione dementes. ℄ Si ue-
ro a Mercurio per noctem defluens minu
ta lumine ad Saturnum feratur: aut expo
ni facit: aut squalore miseræ seruitutis im
ponit: aut onus acerbæ captiuitatis. Indi-
cit etiam maximas ualitudines: aut uitia de
cernit: aut in prima ætate tẽporis perimit:
aut facit aliqua rõne dãnari: qđ si nihil ho
rum fuerit: biothanatos facit interire.

ℭ A Mercurio Luna ad Iouem.

SI a Mercurio defluẽs luna ad Io
uem feratur: facit magnos: potẽ
tes: quibus imperatoꝝ litteræ ac
ſecreta credantur: aut qui regias opes: regi
oſq; theſauros fidei tuitionem cuſtodiãt
& qui in regia domo: iubendi & diſponẽ
di habeant poteſtatem: facit plærunq; ma
giſtros: nũtios regũ: ſed & neochoros aut
prophetas facit: aut principes ſacerdotum
aut ex iſtis honoribus: aut ex iſtis occaſio-
nibus maxima illis fœlicitatis cõferantur
inſignia: & ut ex his actibus potentium di
uitiarum incrementa cõquirant. ℭ Si ue
ro a Mercurio defluens minuta lumine lu
na ad Iouẽ feratur: aut rationibus præpo-
nit: aut ex fœnoris negociationibus facit
eſſe præpoſitos: aut facit actores & tales q
bus publica uel fiſcalia inſtrumenta credã
tur: aut ponderibus publicis: aut fiſcalibus
facit præponi: aut priuatarum litium iudi
ces facit: aut ex his actibus maxima facul-
tatum augmẽta decernit: & fœlicitatis lar
gitur inſignia: aliis hæreditates decernit:
alios res reconditas & abſconſas inuenire
compellit: apud alios cõmendate rema-
nent: & apud eos ſine fraudis uitio perſe-
uerant: ut ex iſtis reb⁹ gloria & ſubæ illis
fœlicitas magna comparatur.

ℭ A Mercurio Luna ad Martem.

A Mercurio defluens Luna ſi fera
tur ad Martem in diurna geni-
tura: & ſit creſcens uel plena lu-
na luminibus: faciet irreligioſos: periuros
fallaces: & quorum malitia ad omne faci-
nus per dies ſingulos creſcat. Erunt effra-
ctores: fures: & qui templa ſemper ſacrile
go furore expilent: erũt latrones: homici-
dæ: & ad neces hominu; ſemper armati.
Sed in his compræhenſi facinoribus cu-
ſtodiæ uinculis carcerſq; traduntu.: & gla
dio ſeuera iudicis animaduerſione plectũ
tur: aut quolibet genere ob hæc facinora:
biothanata morte depereunt. ℭ Si uero
ſit nocturna genitura: & a Mercurio deflu
ens Luna plena uel creſcẽs feratur ad Mar
te;: facit duces ac tribunos milites: ſed ter
ribiles: & tyrannicis poteſtatibus ſubleua-
tos: uel defenſores: aut præſides ciuitatum
aut qui nunq̃ iniuſtarum poteſtatum licẽ-
tia perſeuerẽt: & qui uario genere ſemper
offendant: quorum alii uertuntur in fugã:
alii in exilium dantur: alii biothanati inte
reunt: præſertim ſi in principalibus geni-
turæ locis Mars & Luna fuerint inuenti.
ℭ Si uero in deiectis gẽituræ locis a Mer
curio defluens luna in nocturnis genitu-
ræ locis plena lumine feratur ad Martem
paricidalium ſceleꝝ facinora decernit: aut
n. filios ſuos paricidali perimunt furoris
amentia: aut illos ad fraternas neces furor
præpoſteræ cupiditatis impingit: aut pa-
rentibus per ipſos paricidale infertur exi-
tium: aut affines ſuos iugulant: aut auerſi
coniugales affectus genialem torum lania
tæ coniugis polluunt: ut omnifariam fu-
roris inſtinctu paricidali craſſentur infa-
mia; uel infania: ſed hæc pro locorum &
ſignorum uarietate decernuntur. Mors ue
ro eorum uiolenta erit ſemper & afflicta.
Aut enim propter ſeruos: aut propter per
ſonas in cuſtodiam redactas: aut propter
damnatos homines graue illis periculo-
rum diſcrimen infertur: & propter hæc
damnati publica morte depereunt.
ℭ Si uero minuta lumine in diurna geni
tura a Mercurio defluens feratur ad Mar-
tem: faciet falſarios: maleficos: & effracto
res: fures: aut latronum conſcios: & rece-
ptores: ex quibus criminibus: aut in cuſto-
diam conſtituũtur: aut ſeuera animaduer-
ſione damnantur: alii fiunt publici carni-
fices: & quibus publicæ animaduerſiõi of
ficia credantur: aut exceptores perſonaliũ
cauſaꝝ fiunt ut officia pertractent: aut ad
iutores fiunt huiuſmodi hoium dãnatoꝝ:
aut carceris publici fiunt ex iſta cõiunctõe
cuſtodes. Si uero minuta luie a Mercurio

defluens luna feratur ad Martē in nocturna genitura: aut milites custodes armorū: aut athletas: aut quibusdam certaminibus destiabit: efficaces: terribiles: famosos: & quorum officium ad omniū celeberrimorum notitiā ore perueniat. ℂ Quod si in horoscopo: uel quinto ab horoscopo loco: Mars uel Luna constituta fuerit ista coniunctio: faciet eos uiolento quodam genere mortis extingui. In cæteris enim genituræ locis uitia: ualitudines: pericula: & laboriosos actus: & assiduas uigilias: aut uiolenta quædam negocia decernit: sed hæc oīa (sicut frequenter diximus) ex signorū diuersitate uariantur. ℂ In signis enim tropicis constituto Marte si a Sole uel a Mercurio defluens luna in maliuolarū stellarū signis cōstituta feratur ad Martē: per diametrū: uel per quadratū: aut si se illi uicina aut partili societate cōiunxerit: faciet pellarios: coriarios: caligarios: coquos: ferrarios ex igne: uel ex ferro artes suas: officiaq; cōplētes. ℂ Si uero in Veneris signis ista cōiunctio fuerit: faciet linteones: tinctores: plasias: aut tabernarios. ℂ Si uero in Mercurii aut in Martis domo fuerit ista coniūctio: amatores armorū: aut palestræ facit: & publicorū negociorū officia tractantes. ℂ Si uero in domo Iouis fuerit ista cōiunctio: tribunos: duces: ac magnarū legionū ꝑpositos: aut prouinciarū uel ciuitatū præsides facit. ℂ Si uero in domo Saturni fuerit ista coniunctio: grauia & misera uel scelerata decernit officia. Aut enim tortores: aut carnifices: aut delatores faciet: aut bestiarū uenatores: & marsos: tales qui aspides uenari cōsueuerunt: agrestiū pecorū uel bestiarū magistros faciet: alios piscatores: alios aucupes: alios ex puteis altissimis assiduo labore aquas leuare compellit: alios agrestium locorum uel hortorum operarios facit: alios naucleros: nauπecos: uel gubernatores: alios structores: alios lapidarios: alios polinctores facit: aut per ipsos sepulturæ semper officia tractantes. ℂ Si uero in domo Martis fuerit ista coniunctio: multiplici genere decreta uariantur.

ℂ A Mercurio Luna ad Solē.

Si a Mercurio defluēs lūa ad Solē feratur: aut mēte captos: aut lingua impeditos aut surdos efficit: aut pauperes: & miseros egestatis squalore depressos: erraticos: semperq; peregrinos: & qui nunq̄ sedem: domiciliumq; constituant. Sed hæc infortunia processu temporis temperantur. Expleto tempore iuuentutis parua illis ex uariis actibus uitæ præsidia quæruntur.

ℂ A Mercurio Luna ad Venerem.

Si a Mercurio defluēs Luna in nocturna genitura plena luminibꝰ feratur ad Venerē: facit eos publicis actibus prouidentiam habere: & in omnibus actibus inueniunt principatum gloriæ & magnæ fœlicitatis incremēta decernit: alios oratores facit: & affluētia sermonis: alios poetas facit: & eos diuinorū carminum auctoritate nobilitat: aut in officiis deorum aut imperatorū assidua honorū cōtinuatiōe cōstituit: aut ex ꝑsonis & cōmendationibus mulierū: aut ex mulieribus quibusdam actibus ad fœlicitatem & potentiam perducit cū gratia uenustatis. ℂ Si uero a Mercurio defluens Luna plena luminibus feratur ad Venerem: aut aromatum pigmentores facit: aut colorū: aut medicamentorum: aut ꝑciosorum lapidū repertores: aut preciosas tunicas arte sua facientes: aut organarios: aut pantomimos: aut qui se ad omne genus salutationis affectent: aut qui alios dulci uoce delectent: sꝫ mediocres in uita: & qui neq; abūdent facultate: nec necessariorum angustia deprimantur: sed his ipsis augmenta facultatū processu temporis cōferantur: & in uario coitu itēperātes: facit & uitiis qbusdā ꝑplicatos: & q assiduis ob hæc pulsēt̄ famiis ℂ Si uero minuta luibꝰ nocturna genitura a Mercurio defluēs Luna ferat̄ ad Venerem: diuites: potentes: Imperiosos: &

quibus regionum uel ciuitatũ maximarũ
tuitio credatur. præsertim si liberata a solis
radiis Luna in horoscopi signo fuerit in/
uenta: sed & si Venus simili mõ a radiis So
lis liberata in his in quibus diximus signis
cursũ Lunæ ueniẽtis exceperit. ¶ Si uero
in cæteris genituræ locis fuerit ista cõiun/
ctio honestos multa negocia agentes faci
et: & qui ꝓpriis uiribus patrimõii sibi sub
stantiã quærant. ¶ Si uero per diẽ minu
ta lumine ad Venerẽ ferat᷑: & in. M. C. uł
in. 10. ab horoscopo loco fuerit ista coniũ
ctio sacri certaminis palmas: coronasq̃ lar
gitur: aut sacris certaminibus facit esse præ
positos: aut tẽploꝝ fabricatores: aut simu
lachroꝝ cõsecratores facit: aut certe neo/
choros: aut principes sacerdotum: aut ma
gna in templis officia tractantes. ¶ Si ue
ro in cæteris genituræ locis fuerit ista con
iunctio: mediocres in facultatibus facit: &
qui artes metallicas exercere consueuerunt
Facit plærunq; coriarios: aut qui aroma/
ta mercari consueuerunt. Facit etiam eos
pollitores ꝓciosaꝝ gemmaꝝ: uel qui gem
mis ex uario pigmentoꝝ genere aliã spe/
ciem coloris appingant: aut tornatores:
aut sculptores simulachroꝝ: aut fabricato
res efficiet: aut in templis sacra carmina ꝓ
cantantes: aut tibicines temploꝝ faciet: &
qui habeãt reꝝ cælestium notionẽ: uel qui
sciãt secreta cælestia: uel qui res absconsas
& abditas facili ratione ꝑdiscant: ut ex his
occasionibus uitæ illis subsidia quærant.

¶ A Saturno Luna ad Nullum.

SI a Saturno defluẽs Luna ad nul
lũ ferat᷑: sed per uacuũ cursus su
os dirigat: & sit crescẽs uel plena
luminibus patrimoniũ misera laceratione
dilapidat: & facit a parẽtibus alienari: aut
interemptis parẽtibus in prima ætate red
ditur: & facit plærunq; pigros: aut i lõgin
quis peregrinationibus detinet occupatos
¶ Si uero sit minuta luminibus: faciet cir
ca uentrẽ frigus assiduũ: quod græci phi/
chrocœlio uocant: & infinitis flegmatum
uitiis laborãtes: macros: splenicos: lipsebe
tricos: hydropicos: flegmaticos: uł dysiria
cos: & qui latẽtibus uitioꝝ doloribus tor/
queantur. Sed hæc pro signorum qualita
te decernit.

¶ A Ioue Luna ad Nullum.

AIoue defluẽs Luna si ad nullum
feratur: & per uacuum cursus su/
os dirigat si sit plena luminibus
faciet ex sua ꝑfectione peregrinos: paupe
res: & qui processu temporis omnia fœli/
citatis ornamenta deperdant. ¶ Si uero
sit minuta luminibus expositos: captiuos:
& quorum uita seruitutis onere deprimat᷑
& quidã enĩt uitiis ualitudinibusq; impli
cati: alios oligochronios facit.

¶ A ~~Mercurio~~ Luna ad Nullum.

SI a Marte defluens Luna ad nul
lum ferat᷑: sed per uacuũ cursus
suos dirigat: & sit plena lumini
bus: patrimoniũ dissipat: & parẽtes in pri
mo ætatis gradu ꝑimit: aut uitiũ illis aliqđ
aut malæ mortis discrimen impingit: ip/
sos uero aut ex altis præcipitat locis: aut a
quadrupedibus pericula: aut maxima illis
uitia: ualitudinesq; decernit: alios facit pu
blica morte biothanatos. ¶ Si uero mi/
nuta lumine a Marte defluens ad nullum
feratur: aut a genere suo alienari aut sepa/
rari facit: & patrimonia eorum uariis lace
rationibus dissipat: aut dat laboriosas ar/
tes: ut circa ignem sp̃ ferrũq; uersent᷑: aut
miseros milites facit.

¶ A Sole Luna ad Nullum.

ASole defluens luna si ad nullum
feratur: sed per uacuum cursus su
os dirigat: pauperes faciet: infœ
lices: peregrinos: erraticos: & qui seruili/
bus semper actibus immorentur: alios ad
uarios actus affectantes: quod aggressi fue
rint: uario facit genere desperationis amit
tere: sed processu temporis huius infortu/
nii genus mitigatur: & præsidentium ca/
lamitatum ex aliqua parte miserũ mu//

tatur exitium:deposito paupertatis onere paruum illis uitæ subsidium comparat̃:& aliquos actus affectare compellunt.

ℭA Venere Luna ad Nullum.

Venere deflues Luna crescens lumine si ad nullũ ferat̃:sed p uacuum cursus suos dirigat: faciet passiuos in coitu:& qui nũq̃ in uxorẽ amoribus pseuerẽt:sed qui semp incestis delectentur amplexibus: sed hos quidẽ facit nudos:paupes:& qui humeros suos laboribus subiiciẽtes: quotidianæ quærant uitæ subsidia. ℭSi uero fit minuta luminibus:uitiosos:turpes:paupes:& assiduo facit onere miseriaꝝ pgrauatos: aut artibus & actib9 inhonestis applicat sp & miseris.

ℭA Mercurio Luna ad Nullum.

Mercurio deflues Luna si ad nullum ferat̃:& per uacuũ cursus suos dirigat:& sit plena luminib9: facit grãmaticos:oratores:medicos: musicos:&q cõmutatiõe solertiæ Celestiũ sciãt sideꝝ cursus:aut fœnoris:aut negociatõis officia tractantes. Ex quibus occasionibus gloriã & substantiã:sed processu tpis consequunt̃. ℭSi uero fuerit minuta luminibus ab humorib9 uitia decernit:aut ex aqs graue periculoꝝ discrimen indicit: aliorũ mẽtibus nocet:alioꝝ obligat linguas:alioꝝ auribus nocet:sed hos oẽs faciet alienos a litteris:alios faciet uaticinari:sed i tẽplis: alios ad templorum custodias sempiternas addicit:alios mistros facit:seruosq̃ templorum.

ℭNunc genera explicanda sunt omnia q̃ ueloci suo cursu pficit Luna:ut & partiliter & generaliter oia explicasse uideamur.

Saturno si se applicuerit Luna miseros pentes facit. ℭSi uero se Marti coniunxerit ambos parẽtes facit humiles. Itẽ pñi miserias idicit. ℭSi a Marte ad Saturnũ ferat̃.i.si utrũq̃ latus eius Mars Saturnusq̃ possederit.

ℭSi uero a Saturno ad Martem feratur̃ mediocriter hæc eadem facit: mulieribus uero tunc decernit uitia:cum eadẽ radiis suis impugnauerit Saturnum. Lunaticos uero tunc facit:si figura Lunæ uel scema: uel similitudine Saturno comparetur & Marti:Ioue ac Venere i alienis existẽtibus signis. Iuppiter enim & Venus istas omnes coniunctiones uel defluctiões: p quas misera hominibus decernuntur exitia: si bona radiatione respexerint: decretorum malorum miseræ calamitatis exitia mitigantur. ℭFœlix erit nimiumq̃ fœlix: & cum omni fœlicitate etiam prudentiæ decernit ornamẽtum:si in his in quibus gaudet locis: sine inimica Martis aut Saturni radiatione se Ioui Venus radiatione cõiunxerit:aut uni de duobus:tunc enim fœlicitas:tunc substantia:tunc honores:tunc omnia uitæ ornamenta decernit.

ℭGaudet autẽ in horoscopo:aut in quinto ab horoscopo loco:aut in. II. ab horoscopo loco Iouis aut Veneris cõiunctionibus adornata. ℭSed si in octauo genituræ loco in nocturna genitura: & in his in quibus gaudet signis:sicut Iouis & Veneris testimõio maximã decernit fœlicitatẽ.

ℭQuemcunq̃ igitur locum uolueris in genitura tractare:aut naturæ aut nutrimẽtorum:aut generis:aut parentum:aut fratrum:aut nuptiarum:aut sobolis:aut extremum diem uitæ:diligenter inspice cursũ coniunctiones defluctionesq̃ lunæ longitudines:altitudines:& qui coniunctiones eius excipiant. ℭExpetere itaq̃ in omni genitura debemus:ne Sol coniunctionẽ Lunæ ad se uenientis excipiat. Postea enĩ q̃ de diametro Solis recedens luminibus suis cœperit damna sentire:ad sinodum festinans qualibet luminis sui figuratõe pro mensura uniuscuiusq̃ decernit exitium.

ℭSi.n. fortis ei9 radiatio fuerit fortia mala & magnoꝝ ifortunioꝝ decernit exitia. ℭSi media fuerit radiatio: maloꝝ tpat̃ exitiũ. ℭSi uero deficiẽs ad ipsos radios

Solis accesserit: & ipsi orbi eius quodámodo cóglutinata fuerit: et aspectu hoium rapta non pateat: tũc potẽtiora mala: tunc oiu; c .lamiratũ decernit exitiũ. Sed, hæc Apotelesmata: quæ in pcedenti huius libri parte signauimus. ℂ Si uero a cõiunctionibus solis liberata p diẽ Saturno addẽti: ad cursus suos numeros se Luna coniunxerit; magnoꝝ bonoꝝ: & magnæ fœlicitatis incremẽta decernit. ℂ S; & si Ioui se simili radiatõe cõiunxerit: ultra modu; fœlicitas: & ultra modũ oium bonoꝝ cõferunt insignia. Erit. n. fœlix nimiũq; fœlix in cuiuscũq; genitura sic cũ Ioue Luna fuerit inuenta. ℂ Si uero cũ Marte sic (sicut diximus) fuerit inuẽta; magnoꝝ malorũ decernit exitia: erũt. n. ſm signoꝝ naturã biothanati: sed & mala mediocriter mitigant: si in fœio signo Mars fuerit inuẽt9 ℂ Si uero cũ Venerẽ ista fuerit radiatõe cõiũcta in. M. C. bonas decernit nuptias. p/sertim si aliena a Martis coniunctionibus fuerit. ℂ Si uero in aliis genituræ locis fuerit ista cõiunctio: bonã qdẽ uitã decernit sed cũ suis affinib9 coeũt. ℂ Si uero Mars istã cõiunctionẽ uiderit: illicitos coitus cũ misera cupiditate decernit. ℂ Si uero cu; Mercurio fuerit ista cõiunctio ifinita ẽt & inaudita mala assidua afflictiõe decernit. ℂ Vñ orare debemus: & sũmis pcibus postulare: ne qñ luna se Mercurio ista radiatione cõiungat. ℂ Si uero per noctẽ minuta luminib9 Saturno retrogrado uel stationẽ facienti se luna cõiunxerit; magnas infœlicitates decernit: qdã ſm naturã: uel ſm locoꝝ ptãtem biothanati depeunt: sed hæc infortunia ex aliqua parte mitigant. ℂ Si in fœio signo Saturnus fuerit inuentus. ℂ Si uero Ioui se per noctem ista radiatiõe cõiunxerit: omnibus bonis abũdabit: sed & si Marti simili fuerit radiatõe cõiuncta: magnæ fœlicitatis decernit insignia: sed hæc maiora efficient: si Mars addar ad numeꝝ. ℂ Si uero Veneri se ista radiatõe cõiunxerit; aut in. IM. C, aut in. 5. uł in. II. ab hor. loco: aut in ipso horo. bonæ erũt circa nuptias: si eas Saturnus nulla radiatõe pulsauerit. ℂ Erunt aũt fœliciores si Venus retrograda pricipalibus locis nocebit: & faciet plærũq; physicos: sed bona tunc decernit fortiora: cũ fuerit per noctẽ ista cõiunctio. Minuunt aũt mala & bona crescũt: omnia ab his. s. stellis in diurna genitura.

ℂ De parte Fortunæ: & quomodo accipiatur: & quid significet.

EXplicato Lunæ cursu & diligẽti rõne mõstrato ad promissi op;s diffinitionem sermonis intẽtio trãsferat. s. ad explicationẽ fortunæ. Non enim oẽm possumus fati explicare substãtiam: nisi iste locus diligẽtissima fuerit ratione collectus; sicut. n. in horoscopo quærimus quis in eodẽ loco sit: qs occidat: qs in. M. C. sit: quis in Imo: quis in cæteris locis: quatenus ẽt dñs ipsius signi sit positus in quo ẽ horoscop9 cõstitutus. ℂ Ita & locũ fortunæ debemus simili rõne colliger. ℂ Quo aũt in loco sit loc9 fortũæ facili rõne mõstrabo: quẽ cũ inueneris: inspicies stellaꝝ oiu; societates radiationesq;: & oẽm locũ istum uero ac fideli iudicio poteris explicare.

ℂ De loco & officio Fortunæ.

IN oi genitura nocturna cõputa a Luna usq; ad Solẽ. ℂ In diurna genitura a sole cõputa rursũ usq; ad lunã: & quãtuscunq; signoꝝ numerus fuerit: tanta ab horoscopo incipiẽs signa numera & quodcunq; signũ habuerit nouissimũ numeꝝ: ipsius signi locũ fortunæ demõstrat. Sed hæc platica cõputatio est: quã ideo posuimus: ne quid a nobis ptermissũ esse uideat. ℂ Partiliter uero locus fortunæ ista ratõe colligit: quã tu sequi in omni disputatione debebis. Tũc enim uera diffinitio: & in Apotelesmatibus proferatur: quotienscunq; singula loca partili fuerint ratione collecta. Sic Vitam: sic Spẽ: sic Fratres: sic Parentes: sic Filios: sic

ualitudines:sic Côiugem:sic Mortem: sic actª:sic amicos:sic inimicos:sic cætera oĩa quæ in substãtia humani generis requiren tur:ueris diffinitionibus explicabis: quæ omnia tunc explicabimus cum ad interp̃tationem uenerimus Sphere Barbaricæ. ℭ Hæc enim oĩa diuinus ille Abraam & prudentissimus Achilles uerissimis conati sunt rõnibus inuenire. ℭ Sed locus Fortu næ de quo loqui cœpimus partiliter ista ra tione colligitur.

ℭ De Inuẽtione Partis Fortunæ Diurne.

fœliciter inuenitur. Præſertim ſi in hoc loco: in quibus gaudet ſignis: uel finibus: fuerit plena luminibus. Tunc enim fœlicitatis: tunc dignitatis inſignia: tunc maxima ſubſidia facultatum: tunc dignitates: tunc principatum: ex iſta loci poteſtate decernit. Sed p diẽ i hoc loco Conſtituta Similiter hæc eadẽ decernit: Si Iuppiter i. II. ab horoſcopo loco fuerit inuentus.

℄ Iuppiter & Mars Trigoni.

SI Iuppiter cum Marte fuerit trigonica radiatione coniunctus: & ſint ambo in opportunis geniture locis poſiti: & ab omnib⁹ deiectionum humilitatibus ſeparati: maxima dignitatis imperia: & magnam decernũt licẽtiæ poteſtatem: & reddunt tales: qui omnes actus fœliciſſimis rationibus compleant: & maxime etiam adminiſtrationis officia decernunt: & tales eos efficiunt: ut illis crebri honores regis iudiciis cõferant͛.

℄ Iuppiter & Sol Trigoni.

sI Iuppiter cum Sole fuerit trigonica radiatiõe cõiunctus: & ſint ambo in opportunis genituræ locis poſiti: & ab omnibus deiectionũ humilitatibus ſeparati: maxima decernũt nobilitatis augmenta: & fluentium diuitiarũ copioſa præſidia: magnæ etiam gloriæ largiuntur inſignia: & facient maximas ex filiis fœlicitates: & gaudia: & uitã claræ ſemper dignitatis exornãt.

℄ Iuppiter & Venus Trigoni.

SI Iuppiter & Venus trigonica fuerint radiatiõe coniuncti: & ſint ambo in opportũis genituræ locis poſiti: & ab omnibus deiectionum humilitatibus ſeparati: maximam decernunt gratiam ueritatis: & omnibus bonis amabili illis conuerſatione ſemper aſſociant: & fidum amorem circa illos uxorum ſemper indicunt: ſed augmenta patrimonii: & dignitatis inſignia: aut amicoꝝ: illis: aut uxorum præſidio conferentur.

℄ Iuppiter & Mercurius Trigoni.

SI Iuppiter & Mercurius fuerint trigonica radiatione coniuncti: & ſint ambo in opportunis genituræ locis poſiti: & ab omnib⁹ deiectionum humilitatibus ſeparati: facient ingenioſos: cordatos: acerrima ingenii poteſtate firmatos: & qui omnia negocia proſperis ſemper actibus exequant͛. ℄ Facit etiã omnibus hominibus præponi magnificæ ac potentiſſimæ merito dignitatis: & tales eos perficiũt: ut in omnibus actibus & laudentur ſemper & placeant. ℄ Faciẽt etiã ſcribas: publicis rationibus fiſcalibuſq; p̃poſitos: & publica officia ſine aliqua repræhenſione tractãtes: neceſſitates regias ſuis diſpoſitionibus ordinãtes: alios faciũt cæleſtium ſiderum ſecreta cognoſcere.

℄ Iuppiter & Luna Trigoni.

sI Iuppiter & Luna trigõica fuerit radiatione cõiuncti: & ſint ambo in opportunis gẽituræ locis poſiti: & ab omnibus deiectionum humilitatibus ſeparati: ſit etiam luna plena luminibus: facient homines claros notitia nobilitatis ornatos: & bonæ famæ teſtimonium perhibent: ſed pro cætera genituræ ſubſtantia: aliis potentiſſimarum adminiſtrationu; licentia; tribuũt: alios exercitui p̃ponunt: aliis maximarũ; prouinciarum iudicia committunt. Sed hos eoſdem ex integra & incorrupta iudicatione nobilitãt: Vt fides eoru; ornetur ſemper incorrupta licentia poteſtatis.

℄ Mars & Sol Trigoni.

SI Mars & Sol fuerint trigõica radiatione coniuncti: & ſint ambo in opportunis genituræ locis poſiti: & ab omnibus deiectionum humilitatibus ſeparati: maximæ poteſtatis: & maxima decernunt dignitatis inſignia. Præſertim ſi in nocturna genitura in dextro Martis ſol latere fuerit conſtitutus: tunc enim glorioſæ licentiæ poteſtatis: tunc honorum decernũtur imperia. ℄ Si uero his

omnibus sic constitutis ex alio trigono latere hos eosdem Iuppiter prospera radiatione respexerit: in primis genituræ cardinibus constitutus: & bono loco his omnibus lunæ radius accesserit: tūc maximas administrationes exercitusq; committunt: & infinita dignitatis insignia cū maximæ licentiæ potestate decernunt: sed hæc erūt fortiora: si Mars: & Sol & Iuppiter: in masculinis signis fuerint constituti.

¶ Mars & Venus Trigoni.

SI Mars & Venus trigonica fuerit radiatione coniuncti: & sint ambo in opportunis genituræ locis positi: & ab omnibus deiectionum humilitatibus separati: quottidiana lucra ex assidua quæstuum continuatione decernunt: & prosperi matrimonii nuptias ex ista cōiunctionis societate perficiunt: & erunt tales: qui se semper grata honestate componant: superbo potentiæ spiritu subleuati: & plurima matrimonia sectantes: hæc eadem facillimis rationibus consequuntur.

¶ Mars & Mercurius trigoni.

I Mars & Mercurius trigonica fuerint radiatione coniuncti: & sint ambo in opportunis genituræ locis positi: & ab omnibus deiectionum humilitatibus separati: faciunt sapientes: & ab omnibus actibus prosperis consiliorum rationibus explicātes: & quos in omni negociorum conuersatione prosper semper sequatur euentus: & qui omnium necessitatis angustias consiliorum suoru; possint auctoritatibus mitigari: acutos: efficaces: rationum computationumq;: aut litterarum officia tractantes.

¶ Mars & Luna Trigoni.

I Mars & Luna fuerint trigonica radiatione coniuncti: & sint ambo in opportunis genituræ locis positi: & ab omnibus deiectionum humilitatib9 separati: & si luna minuta luminibus: sit etia; nocturna genitura: omnia fœlicitatis ornamenta decernunt: & in omnibus actibus prosperos exitus assiduis fœlicitatibus largiuntur. Faciunt etiam ut omnia quæ desiderent: facillimis rationibus consequantur. ¶ Quod si hanc Martis Lunæque mixturam: testimoni sui Iuppiter radiatione respexerit: maximos honores: & maximæ decernunt dignitatis imperia: gloriā quoq; magnæ largiuntur licētiam potestatis. ¶ Si uero fuerit luna plena luminibus: corpus assidua ægritudinu; continuatione debilitant.

¶ Sol & Luna Trigoni.

I Sol & Luna trigonica fuerint radiatione coniuncti: & sint ambo in opportunis genituræ locis positi: & ab omnibus deiectionum humilitatibus separati: cōiuncta eos prospera radiatione coniunctos esse: sed fœlicitatis per hos decernuntur insignia: si aliorum opportuno fuerint testimonio societatis ornati: ut deficientis lunæ lumen crescentis excipiat.

¶ Luna & Mercurius Trigoni.

I Luna Mercurio trigonica fuerit radiatione coniuncta: & sint ambo in opportunis genituræ locis positi: & ab omnibus deiectionum humilitatibus separati: omnia pro signorum uarietate decernunt: aliis etiam facundæ rationis assignat: aliis ex ista præclararum artium decernuntur insignia: aliis dulcem musicæ sonum tradunt: alios pictores efficiunt: sed tales quorum artes præclara nobilitas semper insinuet: aliis decernunt armorum potestates: aliis tradunt: ac lætitiæ disciplinam: alios dulci modulatione cantantes: popularibus deputāt uoluptatibus: sed hos omnes populorum iudicio fideli cōmendatione semper insinuant: alios faciūt negociationū officia tractātes: sed hæc omnia pro cæterarū stellarum testimoniis & pro locorum ac signorum explicant uiribus.

℄ Luna & Venus Trigone.

SI Luna & Venus trigonica fuerīt
radiatōe cōiunctæ: & ſint ambæ
in opportunis genituræ locis po
ſitæ: & ab oibus deiectionū humilitatibus
ſeparatæ: & ſit luna minuta luminibus: ſꝫ
etiā nocturna genitura: altiſſimæ per ipſas
fœlicitatis decernunt̃ inſignia: tunc actus:
tunc gloria ex iſta cōiunctiōis ſocietate de
cernūt̃: tūc circa filios matern⁹ creſcit affe
ctus: tūc matrimonia incorrupta pudicitiæ
fides ſeruat: tūc filioꝝ caritate amabili gr̃a
ſemp inſinuant: tūc fratres diligūt fido af
fectu: tūc gratiæ uenuſtatis: tunc lætitiæ fœ
licitatis: tūc glorios tradit̃ potētiæ diſcipli
na: q̄ ſint autē dextra trigona: quæ quadra
ta: in .i. manifeſte libro explicatum eſt.

℄ Nūc tibi quadratæ radiatōis explicabo
decreta: q̄ ſocietas forti ac minaci ſp̄ radia
tōe cōponit̃. ℄ Ex iſta .n. cōiunctiōe ma
liuolaꝝ ſtellaꝝ uirtus auget̃: & beniuolaꝝ
p̄ſidia interdum uicta minaci radiatione:
quæ cū diametra radiatōe in malis ꝑpetrā
dæ ac pari ſemper poteſtate craſſatur.

℄ Saturnus & Iuppiter quadrati.

I Iuppiter & Saturnus quadrata
fuerint radiatione cōiuncti: & ſit
ſupior Saturnus dextri quadrati;
& ſupiorē poſſederit partē: Iuppiter uero
in ſiniſtro quadrato factus uideat̃ inferi
or: & uitæ diſcrimīa decernūt: & p̄rīmonii
ſubſtantiā minuūt: & oīa eoꝝ cōſilia i pra
uum: uel tūc actus impediūt: & mētes eoꝝ
uariis animi diſſenſionibus cōturbant: &
patres uario gener̃ calamitatis impugnāt:
Paternam etiam ſubſtantiam uariis lacera
tionibus diſſipant. ℄ Si uero Iuppiter ſu
perior effectus: & dextrū poſſidens latus:
Saturnū in ſiniſtro q̄drato poſitū reſpexe
rit: p̄cedētiū calamitatū īfortūia mitigāt̃
& parētes aliquo gloriæ & laudis ſplēdore
nobilitāt̃: & pro mēſura genituræ quotti
diana lucroꝝ illis incōmoda conferuntur.

℄ Saturnus & Mars quadrati.

SI Saturnus & Mars quadrata fu
erint radiatione coniuncti: & ſit
Saturnus ſupior effectus: aut dex
trū quadratū poſſidēs locū in ſiniſtro qua
drato Martē poſitū minaci radiatōe reſpe
xerit: oēs actus ex iſta cōiunctione ineffica
ci ſtudio ſemp impediūt: & faciūt ab om
ni negocioꝝ officio ſemp frigido torpore
mentis alienos: ægritudines ēt diuerſo ge
nere ſemp indicūt: ut mixtū caloribus fri
gus corpus eoꝝ horrida continuatiōe con
cutiat: ſed & paternæ ſubſtantiæ facultates
ſemp dilapidat: iſta cōiunctōe fratrū mor
tes graui infortunioꝝ caſu ſemp oſtendūt
℄ Si uero Mars ſupior effectus & dextruꝫ
poſſidens latus Saturnuꝫ in inferiori loco
cōſtitutū q̄drata radiatiōe reſpexerit Ma
tri: ex iſta cōiunctione citū mortis p̄parat̃
exitiū: ſed iſtos ad oēs actus ꝓſpera conat⁹
efficax ſtudiū ſemp adducit: oia labe prio
ris malitiæ ſopitas: & nihilominus pater
na ſubſtātia etiā ex iſta cōiunctōe diſpargi
tur. Sed & ipſi aſſidua damnoꝝ continua
tione quatiunt̃: & ſemp illis domeſtico
rum rumorū improbitas malignum infa
miæ uulnus infligit.

℄ Saturnus & Sol quadrati.

I Saturnus & Sol quadrata fuerīt
radiatione cōiuncti: & Saturnus
dextri quadrati ſuperiorē poſſi
dens partē in ſiniſtro quadrato ſolem po
ſitū minaci radiatione reſpexerit: p̄cedētis
generis inſignia debilitat iſta cōiunctio: &
iacturā dignitatis cū acerbo detrimēto ho
noris indicit: & corpus eoꝝ aſſidua neruo
rū cōtractōe deformat. Sꝫ & parentes eoꝝ
hæc eadē īfortunioꝝ labe cōſtringit: facit
etiaꝫ hos eoſdem patres ante perire q̄ ma
tres: ſed & ipſos facit uario peccatoꝝ gene
re ſemp errare: & nociuolis cōuerſatiōe de
cernit exitia: & graues ægritudines ex acer
bo neruoꝝ frigore ſemp indicit: p̄rīmoni
um ēt: & oēs actus & excidit pariter & frā
git. ℄ Si uero Sol ſupior effect⁹: & dextꝝ
poſſidēs latus: Saturnū in īferiori loco cō

ſtitutū quadrata radiatõe reſpexerit: paternā ſubſtantiā diſpgit iſta coniunctio: grauesq; domeſticorum hominū inimicitias ſemp indicit: & omnem impetū mentis: ſed & omnes actus uario indigens genere ſemper impugnat: & omnes actus obſcura cogitatione ſemp impugnat: ſed & conſilia nunq̄ proſperos patitur effectus habere & in pria ætate acerba & crebra ægritudinū idicit incõmoda: & corp⁹ fatigatū multiplici ægritudinū cõtinuatiõe debilitat.

ℭ Saturnus & Venus quadrati.

SI Saturnus & Ven⁹ quadrata fuerint radiatõe cõiuncti: & dextri quadrati Saturnus ſuperiorem poſſidēs partē in ſiniſtro quadrato Venerē poſitā minaci radiatione reſpexerit: iſta coniunctio dilapidato patrimonio graue onus mendicitatis indicit: & a fœminis acerbarum calamitatū indicit ſemper exitia nec aliquā largit̃ gratiā uenuſtatis: & nūq̄ cupiditates eorum proſperos hr̃e patiuntur effectus. ℭ Si uero Venus ſupior effecta: & dextrū poſſidens latus: Saturnum ĩ inferiori loco cõſtitutū: quadrata radiatione reſpexerit: iſta coniunctio honeſtis ac pudicis moribus largit̃ uxores: ſed quæ ibi in domo oēm dn̄andi uel dicēdi poteſtatē: maritos fido et incorrupto diligētes affectu: ut inuicē ſibi amboꝝ gratia coniugalis aſſociet: ſed qui amorē ſuū ambo eu; quadā conent̃ diſſimulatiõe celare.

ℭ Saturnus & Mercurius quadrati.

SI Saturnus & Mercurius quadrata fuerint radiatõe cõiūcti: & dextri quadrati Saturn⁹ ſupiorē poſſidēs ptē i ſiniſtro quadrato Mercuriū poſitū minaci radiatõe reſpexerit: a prio natalis die exitia decernit iſta cõiūctio & oēs aĩ cogitatiões: & oēs cõſilioꝝ ordines indicit piter & ipugnat: & oēs actus frigido corpore ſemp inſequit̃: facit ēt alienis ſp ptãtibus ſubiacere: in actibus oēs ſecunda negocioꝝ miniſteria tractãtes: ſed ipis ſp maxias iuidiæ tēpeſtates idicit: alioꝝ obſcurata lingua balbū uocis ſonu; efficiet: alios obtuſis auribus efficit ſurdos: & perſeuerāt hæc uitia: niſi malo pcedēs teſtimonio Martis fuerit mitigata. ℭ Si uero Mercurius ſupior effectus: et dextrū poſſidēs latus Saturnū in iferiori loco cõſtitutū quadrata radiatõe reſpexerit: nihil qdē ex iſta boni cõiūctõis ſocietate decernit̃: ſed in quātum cuiq; præcedentium infortunioꝝ mitigatur improbitas.

ℭ Saturnus & Luna quadrati.

SI Saturnus et Luna quadrata fuerint radiatõe cõiuncti & quadrati Saturnus ſupiorē poſſidēs ptē in ſiniſtro quadrato lunā poſitā minaci radiatione reſpexerit: malitioſis humoribus fatigari corpus faciet iſta cõiunctio: & oibus actibus pigris animi faciet corporib⁹ ſeparatos: et tales reddit qui ad nullos act⁹ aliquãdo audere poſſint. ℭ Sed & maternā ſubam iſta cõiunctio miſeris ſemp lacerationibus diſſipat: ut cõtra matres filios facit picidalia inimicitiaꝝ ſuſcipe certamia. ℭ Si uero Luna ſupior effecta dextꝝ poſſidēs latus Saturnū i iferiori loco cõſtitutū q̄drata radiatõe reſpexerit: matrē iſta cõiūctio miſer a morte pſternit: & ipm acerba piculoꝝ cõtinuatõe circūuēit: & malignis humoribus graui ægritudīe indicit exitia: et uariis erroꝝ affici: et infortuniis fatigari et mr̃imonii & honoris dāna: et iacturā ſp idicit. ℭ S; et ſicut aliaꝝ ſtellaꝝ p̄ſidio nuptæ decreta fuerit: iſta cõiūctio uxoris aiu; acerbas odioꝝ diſſēſiões exaſpat: ſ; et oē amicoꝝ et filioꝝ facit p̄ſidiis ēt deſtitutos

ℭ Iuppiter et Mars quadrati.

SI Iup. & Mars quadrata fuerit radiatõe cõiūcti: & dextri q̄drati Iuppiter ſupiorē poſſidēs ptē in ſiniſtro q̄drato Martē cõſtitutū miaci radiatiõe reſpexerit: iſta cõiūctio maxiæ gloriæ decernit iſignia: & eoſdē bõa cõmēdatõe ſp inſinuat: & glorioſa honoꝝ decernit inſignia alios militaribus faciet officiis publicari:

alios regalibus deputat domibus: & nobiliorum ac publicorum actuum decernit officia: facit istis negociorum officiis subleuari: ut hæc negocia cum maximo consequantur dignitatis augmento. ¶ Sed hi nunq̄ poterunt bene seruare paternæ substantiæ facultatem: sed ex filiorum casibus ista cōiunctio assiduos dolores semper indicit: aut certe filios tarde suscipi facit.

¶ Si uero Mars superior effectus & dextrum possidēs latus Iouem in inferiore loco quadrata radiatione respexerit: ista coniunctio intensum omnem impetum mentis exacuit: & facit omni uita uacuo errore peccare: & sine causa homines cogit magni laboris sustinere semper incommoda. ¶ Sed iste labor: aut ex publicis: aut ex regiis actibus comparatur: & hoc amplius malarum insinuationum & acerbarum accusationum pericula ex infesto inimicorū decernit ardore.

¶ Iuppiter & Sol quadrati.

SI Iuppiter & Sol quadrata fuerit radiatōe cōiūcti: & dextri quadrati Iuppiter superiorem solem possidēs partem in sinistro quadrato solem positum minaci radiatione respexerit: & proprio & paterno merito coniunctio ista decernit dignitatis insignia: sed & bonorū ac magnorum honorum incrementa: promotoēsq; largitur: & bono circa medicum testimonio semper insinuat: & multi illis dignitatis merito subiacebunt. ¶ Si uero sol superior effectus: & dextrum possidens latus: Iouem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit: tamen faciet ista coniunctio claro nobilitatis splendore decoratum: sed patrimonium patris miseri facit publicatione conscribi: & fortium ac malorum inimicorum minaces cōcitat turbas.

¶ Iuppiter & Venus quadrati.

SI Iuppiter & Venus quadrata fuerint radiatione coniuncti: & dextri quadrati Iuppiter superiorem possidens partem in sinistro quadrato Venerem constitutam minaci radiatione respexerit: multorum amicitiis coniunctio ista semper a societate fœminarum præsidio: & actus: & lucra eadem facit & ratione conferri: & omnem uitæ substantiam: honesta dignitate semper exornat: & hos eosdem deorum religiones deuota faciet ueneratione seruare. ¶ Si uero Venus superior effecta: & dextrum possidens latus: Iouem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit: & ex ista coniunctione amorum decernit illecebras: & circa cultum uestis corporis morari perficiet: ut ista coniunctione libenter semper ornetur: & luxuriosa uoluntate desideria semper indicit: sed quotienscunque prospera lætitiæ gaudia fuerint consecuti: totiens hæc eadem in contrario: uel tunc factorum mutata decreta.

¶ Iuppiter & Mercurius quadrati.

SI Iuppiter & Mercurius quadrata fuerint radiatione coniuncti: & dextri quadrati Iuppiter superiorem possidens partem in sinistro quadrato Mercurium positum minaci radiatiōe respexerit: ex ista coniunctione scripturarum uel litterarum artium decernuntur officia: & rationibus facit cōputationibusq; præpositos: & patrimonium illis & actus ex publica quadam defensione conferet. ¶ Si uero Mercurius superior effectus: & dextrum possidens latus Iouem in inferiori loco constitutum quadrata radiatiōe respexerit: facit ista coniunctio sufficientia subsidia facultatum. ¶ Sed hi semetipsos in omni actu semper impediunt: omnia bona: quasi mala immoto mentis timore uitantes: & erunt ut quicquid hi sunt nimis consequi desiderent pcibus: id totum etiā si casu illis obuenerit: obstinatæ mentis iudicio cōtemnat. Sed nec beneficia sibi ab aliis conferri desiderant: sed nec ipsi bonū sibi aliquid comparare conantur.

¶ Iuppiter & Luna quadrati.

♃□☾ SI Iuppiter & Lũa q̃drata fuerint radiatõe cõiũcti: & dextri q̃drati Iuppiter ſupiorẽ poſſidẽs partẽ: ĩ ſiniſtro q̃drato lunã poſitã mĩaci radiatõe reſpexerit: & mr̃i & ip̃i ĩfinitas decernit diuitias iſta cõiũctio: & maxĩa negocioꝝ decernit officia: & oĩbus affinibꝰ ꝑponit merito maxĩe dignitatis gradu poſitũ populo cũ notitia ſemper inſinuat: & erit egregio famæ teſtimõio ſemper ornatus. ℂ Si uero luna ſuperior effecta: & dextrũ poſſidẽs latus: Iouẽ in inferiori loco conſtitutũ: quadrata radiatione reſpexerit: multa fœlicitatis inſignia largit̃ iſta coniũctio. ℂ Sed & cõmendationes decernit & glorias: & potentibus: ac regibus proſpera radiatõe ſemper inſinuat: ſed non per omne hæc eadeꝫ fœlicitas perſeuerat. ℂ Nã quodam tẽpore: & patrimonii damna: & honoris detrimenta decernit: & inſignia dignitatis minuit: & pigro mentis torpore oppreſſos: præcedentium negocioruꝫ adminiſtrationibus alienos efficiet.

ℂ Mars & Sol Q uadrati.

SI Mars & Sol quadrata fuerint radiatõe coniuncti: & dextri quadrati Mars ſuperioreꝫ poſſidens partem: in ſiniſtro ſolem poſitum minaci
♂□☉ radiatione reſpexerit: nullum infortuniorum caſum prætermittit iſta coniunctio: & omnes proficiendi occaſiones: promotionumq; ordines: maligna decreta compoſitione ſemp impugnat. ℂ Si uero Sol ſuperior effectus: & dextrum poſſidens latus Martem in inferiori loco conſtitutum quadrata radiatione reſpexerit; & patri & ipſi qui natus fuerit: ex iſta coniunctione: miſerum præparatur exitium: infortuniorum cumulus ponitur: & uaria calamitatũ decernuntur incõmoda: Seditiones concitat: pugnas indicit: & popularis animaduerſionis excitat metuenda diſcrimina. ℂ Sed & integra mẽtis & conſiliorum fũdamenta ſemper ex aliorum oculis miſeꝝ pondus cæcitatis indicit. ℂ Sed hæc periculoruꝫ diſcrimina in diurna genitura fortius concitãtur. ℂ Præſertim ſi iſta cõiunctio cuꝫ horoſcopo fuerit minaci radiatione cõiuncta: uel ſi Mars in occaſu poſitus: uel M.C. poſſidẽs partem: alio cardine cõſtitutus: lunæ lumen creſcentis excœperit: tunc publica animaduerſione proſtratos: miſeris lacerationibus diſſipant: tunc populari animaduerſione: laceratis artubus honor denegatur debitus ſepulturæ: ut animaduerſiõis & poſt mortẽ pſeuerãtẽ diſcrimĩe maior calamitatis exitꝰ augeat̃. ℂ Sꝫ ĩ nocturna gẽitura ex iſta cõiũctiõe hæc eadem ſimili rationis ordine perpetrantur.

ℂ Mars & Venus quadrati.

SI Mars & Venus quadrata fuerit radiatõe coniuncti: & dextri quadrati Mars ſuperiorem partem ♂□♀
poſſidens in ſiniſtro quadrato Venerẽ poſitam minaci radiatiõe reſpexerit: omnia mala decernit iſta coniunctio: tũc rixas & accuſationes indicit metuenda diſcrimina tunc uiruꝫ cauſa mulieris profecta damna concutiunt. ℂ Q uod ſi in tropicis ſignis fuerit iſta coniunctio: tunc uiroꝝ effœminato corpore omnis impudicitiæ impuritas cõualeſcit. Tunc uiri muliebrium libidinum patientur ardores: tunc cum pudoris exiſtimationiſque naufragio impudicæ impuritatis labibus polluuntur. Sed & uxores ſuas ad adulteria uenire compellẽt: & alienis complexibus patiẽtia conſtituti: pudoris addicunt: & malis auſpiciis matrimonium copulatum alienis coeunt libidinibus: cum miſera calamitatis neceſſitate ſeruire; aut Lenonis animo latens uxoris adulterium libenter agnoſcunt: ſi mulierum per uirum iſta proſtituti corporis neceſſitatum cum acerbo ſemper animi dolore ſuſtineant. ℂ Si uero Venus ſuperior effecta: & dextrum poſſidens latus Martem in inferiori loco conſtitutum: quadrata radiatione reſpexerit Hæc eadem ſimili ratione decernit: Sed facinusq; ſuum qui ſic

Venerem habuerint:latēter exercent:ut ꝓstituti pudoris scelerata cōmertia abscōsis libidinū impuritatibus protegantur:ut mala,conscientia celet:quicquid uiciosis animi cupiditatibus fuerit imperatum. præsertim si aliquem horum:uel simul posit⁹ Iupiter uel trigonica radiatione respexerit.

♂ □ ☿

¶ Mars & Mercurius quadrati.

SI Mars & Mercurius quadrata fuerint radiatione cōiūcti: & dextri quadrati Mars superiorem possidens partem:in sinistro quadrato Mercurium constitutum minaci radiatione respexerit:omnium maloꝝ metuendos exitus: decernit ista nociua coniunctio semp hominem modo locum continuatione debilitat: & omnes actus uaria cōtrarietate semper impugnat: & malignis rumoribus male semper hos eosdem insinuari perficiet: & acerbarum accusationum concitat metuenda discrimina:aut ex istorum periculo rum calamitatibus: aut custodiis tradunt: aut carceribus. ¶ Sed hæc mala in diurna genitura fortius cōualescunt. ¶ In nocturna uero ex parte aliqua mitigantur. ¶ Si uero Mercurius superior effectus: & dextꝝ possidens latus:Martem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit:ista coniunctio malos:malignos:maliciosos perficiet:pessima ac pestifera semper cupiditate mentis armatos:omnia circunscriptionum exercentes officia: rapaces: & qui rebus alienis uaria mentis cupiditate pascantur: & qui ab alio ad alium uirum transeant:sollicita semper ac statione quærentes:cui pestiferi morsus uulnus infringant:ut nefariis eoꝝ machinationibus destituti: & Callidis circūscriptionib⁹ destituti:ad eorum utilitatem quos nociua semper armat improbitas omne patrimonium suorum substantia nudati:in malignis circunscriptionibus trāsire patiantᷣ.

¶ Mars & Luna quadrati.

SI Mars & Luna quadrata fuerint radiatione coniuncti: & dextri quadrati Mars superiorem possidens partem in sinistro quadrato Lunam positam minaci radiatione respexerit:matri ista coniunctio acerbum pondus uiduitatis indicit: & hæc eadem debilitatis uiribus: aut profluuio sanguinis: aut miseræ mortis atrocitatibus perimit. Ipsos uero q nati fuerint:acerbis faciunt dæmonum in cursiōibus implicari:ut anima maligni spiritus potestate possessa:dæmoni in corpore dominandi tribuit potestatem. Præsertim si Mars in finibus Saturni fuerit inuētus: & Luna aut in finibus Mercurii:aut in finibus Martis. Frequenter enim ex beniuolarum stellarum finibus prædictis malitiæ mitigatur improbitas. ¶ Sed cum tali fuerint infortuniorum calamitate possessi:hæc uitantes incursionum discrimina ad numinis alicuius confugiunt salutare præsidiū:ut sic istius periculi discrimine liberentur. ¶ Si uero Luna superior effecta: & dextrum possidens latus:Martem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit:ignobilis & deiecti generis matrem facit ista cōiunctio. Sed & uitæ angustias ex misera necessitate semper indicit. Fatum quoq; uitæ substantiaꝫ miseræ humilitatis deiectione prosternit: & inter hæc infortunia cum infœlicitatis augmento etiam malas decernit uxores. ☐ ♂ ☾

¶ Sol & Luna Quadrati. ☉ □ ☾

SI Sol & Luna quadrata fuerint radiatione coniuncti: siue dextrum:siue sinistrum latus: cardinaliter possidētes in decretis hominū efficaciā ex aliaꝝ stellaꝝ testimoniis sortiūtᷣ. ¶ Cum enim ad istam coniunctionem: beniuolarum stellarum radius prospere societatis accesserit: actus maxima idonea uitæ subia: & gloriosæ dignitatis insignia:ex ꝓpriis sp cōmēdatōib⁹ cōferuntᷣ. ¶ Si uero maliuolæ stellæ sine pſidio beniuolaꝝ: istā

Solis & Lunæ societatē maligna radiatōe conuenerint: maxima uitæ discrimina: & maxima infortuniorum decernuntur incommoda. ℭ Sed si sic maliuolarum stellarum radiis adiunctis luna plena luminibus feratur ad Iouem: & Iuppiter coniunctionem lunæ crescentis excœperit: nobilitatis insignia cum maxima decernunt inuidia. ℭ Quod si præcedēti cōiunctioni Iouis fuerint præsidia denegata: fortiter maliuolarum stellarum nociua crescit improbitas.

ℭ Venus & Mercurius quadrati.

SI Venus & Mercuri⁹ quadrata fuerint radiatione coniuncti: quicunq; ipsorum dextrum quadratū locū possederit: oīa æquabili ratiōe decernūt. ℭ Præclara eni; & amabilis cuiusdam artis officia decernit ista coniunctio: Aut magnæ cuiusdam doctrinæ ex ista cōiunctione traditur disciplina: ut ex hoc institutionis officio claræ conuersationis notitiam consequātur. His a mulierum amoribus malignus sp sermo spargit infamiā.

ℭ Venus & Luna quadrati.

SI Venus & Luna quadrata fuerīt radiatione coniunctæ: & dextri quadrati Luna superiorem possidens partem in sinistro quadrato Venerē positā minaci radiatione respexerit: maxima diuitiarum lucra decernit ista cōiunctio. Sed uiros fœminaru; gratia uariis semper afficit damnis: aut infamiæ deprimantur semper imponit. ℭ Si uero Venus superior effecta: & dextrum possidens latus: Lunam in inferiori loco constitutam quadrata radiatione respexerit: maximam fœlicitatem prosperis semper auget incrementis & præcedentibus bonis meliora decernit: & actus & uitam ista coniunctione istā cōuersationem condecorat: & incorruptum circa eos amorem seruat: uxorem & puros ac bonos coniugum decernit affectus: plena etiam lætitiæ commoda: & præclaræ artis insignis: & honestate cōuersationis ordinem: & dulcis sermonis gratiā cum maxima fœlicitate decernit. Sed nihilomin⁹ ipsi alienos concubitus impatienti cupiditate desiderant: Matribus etiam eorum honestam largitur gloriam castitatis: Sed his ex alienis manumissionibus morigeras sibi sortiuntur uxores.

ℭ Luna & Mercurius quadrati.

SI Luna & Mercuri⁹ quadrata fuerint radiatōe coniuncti: & dextri quadrati Mercurius superiorem possidens partem: In sinistro quadrato lunam positam minaci radiatiōe respexerit: ex ista coniunctione sapientiæ ornatos: & docta oratōis facundia honesto sermone decernitur. Sed ex his populari seditione discrimē frequēter affert. ℭ Sed si sic Mercurium constitutū: maliuola stella superior effecta quadrata radiatione respexerit: ut Lunam quidem de diametro: Mercurium uero de quadrato respiciat: metuendum falsi crimen impingit: & facit in isto facinore detectos: aut in custodiam cōstitui: aut in carcere; trudi: aut i uincula & exilium publicæ sententiæ animaduersione patientur. ℭ Si uero luna superior effecta: & dextrū possidēs latus Mercurium in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit: faciet ista coniunctio leuitatem mentis; istabiles: & consilia eorum hac atq; illāc uaria cogitatione transuertit: nec animus eorum aliquando unus consilii ratione mutatur. Hæc ī genituris hoīu; decernit quadrata radiatione. Has ex quadratis lateribus sententias per dies singulos fatorum pmit auctoritas. Quas snias ī oī debes tractatu diligēter inspicere. psertim cū hæc eadē quadrata inmutatio stellarum ordine etiā statutorum facient decreta mutari. ℭ S; his explicatis diametroru; efficatias specialiter explicabo: q̄ āt sint dextra quadrata. Quæ sinistra: in īstitutōis libro manifestissime diximus.

¶ Saturnus & Iuppiter diametri.

SI diametra radiatione contraria se potestate semper impugnãt: & inimico cõtra se genere societatis exurgũt: & ipsa itaq; sicut quadrata minax radiatio ẽ. ¶ Vnde Saturn⁹ & Iuppiter si diametra se radiatione respexerint: & ĩ cõtrariis cõstituti locis longa se inuicem uiriũ suarũ potestate pulsauerint: in omnibus actibus ista coniunctio multa infortuniorum decernit exitia: & ex casu filiorum acerba doloris tormenta semper indicit. ¶ Quod si in hac parte horoscopi: uel si in horoscopo Saturnus cardinaliter fuerit constitutus: & cum in occasu Iouẽ positum diametra radiatione respexerit: post grauia infortunia iuuentutis in ultimo senectutis tempore fœlicitatis tarda cõmoda conferentur.

¶ Saturnus & Mars diametri.

SI Saturnus & Mars diametra se radiatione respexerint: & in cõtrariis constituti locis lõga se inuicẽ uiriũ suarũ potestate pulsauerint: grauium suorum discriminũ: & multarũ sollicitudinũ icõmoda decernit ista radiatio. plurimis enim ac malis faciet contrarietatibus implicari: sed & acerba faciet inuidiæ labe pulsari: & miseras angustias necessitatis indicit: at corpus assiduis ægritudinib⁹: & assiduis laboribus faciet continuationibus fatigari: grauia etiam uitæ discrimina semper imponit: & imaginẽ metuẽdæ mortis frequenter ostendit: & domesticarum inimicitiarum decernit incursus: & terribilium seditionũ crebras tempestates exagitat: sobolẽ quoq; đnegat filiorũ: & patrem cita faciet morte prosterni: & ex laboribus labores assidua cõtinuatiõe ppetuat. ¶ Si uero in aquosis signis constituti Saturnus & Mars diametra se (sicut diximus) radiatione respexerint: tunc procellis grauibus tẽpestatibusq; submersos: naufragos sæuiens undarum fluctus exponit: aut fluuiorum torrentium submersos: undis grauioribus faciet periculorũ discriminibus implicari: aut maligno humore concreta pestis fortes ac ppetuas indicit egritudinũ calamitates. ¶ Si uero unus de duobus: aut Mars aut Saturnus: in ferino signo constitutus: alium diametra radiatione respexerit: ex quadrupede: uel ex feræ: uel ex bestiæ ictu miserum periculi discrimen afferetur: aliorũ medullis incensum ueneni uirus acerbũ mortis exitiũ flebili calamitate decernit. ¶ Si uero in quadrupedibus signis constituti: uel unus eorũ in signo quadrupede inuentus: aliũ diametra radiatione respexerit cum his malis: quæ ex præcedentibus diximus diffinitionibus perfici: graui ruinarũ pondere oppressi: & dissipati corporis laceratiõe cõfecti aut moriunť: aut uicina mortis coguntur subire discrimia. ¶ Sed hæc oĩa infortunia tũc forti calamitatis cumulo cõualescũt: cũ his positus nullis Iuppiter radiationibus mitigarit. ¶ Nam si geniture cardines possidentes luna in quocunq; cardine cõstituta hac eadem radiatiõe respexerit uel quadrata: tũc grauiora pericula: tunc fugitiuos errores: tunc exilia: publicasq; decernit mortes ista coniunctio: tunc honore libertatis erepto iugum miseræ seruitutis imponunt. ¶ Si uero in quinto uel in .ii. ab hor. loco cõstituti: uel in .9. & in diametra se radiatione respexerint: oẽm semper prosperæ fœlicitatis extinguent: & miseræ deiectionis exitum caduca humilitate decernũt. Si hæc infortunia medio uitæ tpe fortius conualescunt. ¶ Si uero in deiectis ac pigris locis constituti diametra se radiatione respexerint: minus quidem nocebunt: & dolores: & miseræ egestatis icõmoda ex ista radiatione decernunt. ¶ Sed hæc oĩa malorum metuenda discrimina Veneris ac Iouis opportunis testimoniis mitigantur: & maliuolarũ stellarũ malitia ꝓspero testimonio Dei salutaris hẽatur: & ꝑcedentũ discriminum minaces exitus resoluuntur.

¶ Saturnus

¶ Saturnus & Sol diametri.

SI Saturnus & Sol se diametra radiatõe respexerint: & in contrariis cõstituti: locis lõga se inuicẽ uiriũ suaꝝ ptãte pulsauerint: nec eos ex aliqua pte Iouis salutare sidus aspiciat: aut patrẽ faciet laboriosis necessitatibus implicari: aut ipsis laboriosæ uitæ põdus imponũt aut egestatis angustias cũ quadã tenacitate decernũt: aliis acerbæ ualitudinis discrimẽ infligunt. ¶ Sed & si aliqua habuerit subsidia facultatũ: ab ipsis adhuc supstitionibus pereũt: aut post mortẽ eoꝝ miseris laceratõibus dissipant᷑. Sed & malæ mortis exitiũ ex ista radiatõe decernit᷑: & oẽm uitæ substãtiã uariis ac malis laboꝝ cõtinuationibus quatiunt᷑: sed hoꝝ maloꝝ fortiꝰ crescit improbitas: si in fœmininis constituti signis ista radiatione respexerint.

¶ Saturnus & Venus Diametri.

ſ I Saturnus & Venus diametra se radiatiõe respexerit in contrariis constituti locis: longa se inuicem uiriũ suaꝝ potestate pulsauerint: faciẽt homines lupanaribus deditos: promiscua libidinũ scorta sectari: ut ex hoc cũ magna nota graui pulsent᷑ infamia. Faciũt ẽt eos libidinis causa nuptialibus uinculis separatos: sed & sicuti ex cætera genituræ substãtia decretũ matrimoniũ fuerit: aliquã cum pudoris sui detrimẽto sortit᷑ uxorẽ: aut certe aliis uxor decernit᷑: quã pestiferũ uitiũ misera cõtagione semp imaculet: aut erit uxor seruiliũ sordiũ squalore polluta: aut seruis se prostituti pudoris uoluptates semper associat: sed & ipsis denegatur omnis ueneręæ gratia uenustatis.

¶ Saturnus & Mercurius Diametri.

ſ I Saturnus & Mercuriꝰ diametra se radiatõe respexerint: & in contrariis constituti locis: longa se inuicẽ uiriũ suaꝝ ptãte pulsauerint: linguã sic positã tardo sono uocis ipediũt: ut in ipsis faucibus tardis cõatibus ipedita Verba deficiãt: aut uerba liguæ obligatõe cõfundũt.

¶ Sed tunc fortius cõualescunt si in muto signo Mercuriũ cõstitutũ Saturnus diametra radiatõe respexerit: uel si Mercurius radiis absconsis diametra a Saturno fuerit radiatione pulsatus. ¶ Sed & si Lunã cuꝫ Mercurio eadẽ societate cõiunctã diametra Saturnꝰ radiatõe respexerit: Hæc quæ diximus fortius conualescũt: nisi testimoniũ Maris quolibet genere cõmoda tunc pcedẽtis malitiæ soluat incõmodũ. ¶ Cũ cæteris enim quæ diximus sine testimõio Martis ẽt exitiabile laboris pondus indicitur. ¶ Sed cũ his malis animi sapientiæ decernit᷑ disciplina: & perita studioꝝ magisteria cõferentur: sed inefficaci artis suæ studio semper inuigilant: & tumultum eorum tristitia celeritatis semp exasperãt: & erecto supbiæ spiritu subleuant᷑. ¶ Sed hi ipsi uaria sollicitudinũ per dies singulos ãi dies generãt: & fratribus suis ætatis gradu pferẽt. ¶ Nã quicũq; maiores fratres fuerint: aut mortis exitu: aut lõgis pegrinationibus diuiduntur: sed & matres in prima perimit ætate.

¶ Saturnus & Luna Diametri.

SI Saturnus & Luna diametra se radiatõe respexerint: & in cõtrariis constituti locis longa se inuiceꝫ radioꝝ suoꝝ ptãte pulsauerint: primũ quidẽ maternarũ facultatũ faciũt labefactari substantiã: sꝫ & ipsam matrẽ uaria dolorum & latẽtiũ ægritudinũ cõtinuatione debilitant: aut tã peruersoꝝ tristitia semp inuoluũt. ¶ Quod si ab his beniuolaruꝫ stellaꝝ recesserit radius: & ab omni salutariũ siderũ fuerint testimõio destituti: tũc matrem inhonesta corporis turpitudo dedecorat: & eã assiduis incursionibus dãna cõcutiunt: sed & ipsis uaria piculoꝝ discrimina semper insurgũt. ¶ Sed hæc Saturnus & luna pro signoꝝ uarietate decernũt ¶ Nã in quadrupedibus signis sic cõstitutus si unus aliũ diametra radiatõe respexerit: & talibus animalibus periculorũ discrimẽ afferat᷑. ¶ Si uero i fœmininis signis

cõſtituti iſta ſe radiatõe reſpexerit:ex feris uel beſtiis:uel ex uenenatis ſerpẽtũ morſibus maximi piculi comparat̃ exitiũ. ❡ Si uero ĩ hũanis ſignis hoc: qđ diximus : diametrũ fuerit:ex hoĩum inſidiis uariũ calamitatis exurgit exitiũ. ❡ Si uero ĩ aquoſis ſignis cõſtituti radios ſuos diametra obſtĩatõe pulſauerint:ex aquaꝶ undatiõibus:aut ex malignis humoribus miſeꝶ peſtilentiæ diſcrimẽ affert̃. ❡ Sꝫ ſi nullũ beniuolaꝶ ſtellarũ p̃ſidiũ minaci radiatõe fregerit potestate oĩs corporis forma uitioſæ ægritudinis calamitate mutat̃:aut clarũ oculorũ lumẽ miſeræ cæcitatis tenebris obumbratur: alios ſic poſiti deſerere patriam uaria periculorum neceſſitate compellunt.

❡ Iuppiter & Mars Diametri.

♃☍♂ SI. ♃. &. ♂. diametra ſe radiatiõe reſpexerint: & in cõtrariis cõſtituti locis:lõga ſe iuicẽ ſibi radiorũ ptãte pulſauerit:oẽm uitæ inæqualitatẽ & p̃rimonii laceratõeꝫ aſſidua rõne decernũt. ſꝫ & oĩum amicorũ ex iſta rõne:& aſſiduis offenſis cõtra illos odiũ cõcitat̃ : & maxĩa piculorũ diſcrimĩa:aut ex turbulẽtiſ cõuerſatõibus temerariis actibus iferunt̃.

❡ Iuppiter & Sol Diametri.

ſ I. ♃. &. ☉. diametra ſe radiatiõe reſpexerĩt: & in cõtrariis cõſtituti

♃☍☉ locis lõga ſe inuicẽ radiorũ ſuorũ ptãte pulſauerit:p̃r nas facultates faciũt miſeris laceratõibus diſſipari:ſed & oẽm uitã & ſubam: & p̃cedẽtis dignitatis gradus miſeris honorũ deiectõibus minuunt̃ : ut ſp iferioribus præferatur illis licentia poteſtatis. Sed hæc in diurna genitura minuũtur In nocturna fortius conualeſcunt.

❡ Iuppiter & Venus Diametri.

♃☍♀ SI. ♃. &. ♀. diametra ſe radiatõe reſpexerit:et in cõtrariis cõſtituti locis:lõga ſe inuicẽ radioꝶ ſuoꝶ poteſtate pulſauerĩt:oẽs ꝓficiẽdi ordines : & oẽ ꝓmotõis uotũ impugnat iſta radiatio : ſꝫ nec aliqñ fidos amicoꝶ decernit affect⁹ ſed eos amicis ſubdolis: & inſidis cogitationibus pſequent̃ : nec ueris eos q qñ uolũt appellare ſermonib⁹: ſꝫ conant̃ eos captiua ſp diſſimulatiõe decipe: aliud malitioſa cogitatõe tractãtes: & aliud ficta ſermõis bonitate dicẽtes: ſꝫ & amici grauib⁹ ſimultatũ idignatiõibus incitati: uarios cõtra illos gñe diſſenſionis inſurgũt: & cuicũq; aliquã bñficioꝶ cõtulerint gratiã: ſtatim hi ipſi cõtra illos grauibus inimicitiarũ diſſenſionib⁹ erigunt̃ : et cuicũq; aliqđ ꝓpria libertate cõtulerint: cõtrariæ illis ab his ſp grãæ rep̃hendunt̃. Hẽbũt tñ in quibuſdã maxĩa fœlicitatis inſignia. Hẽbunt ẽt ſufficiẽtes p̃rimonii facultates. ❡ Q đ ſi in finibus Veneris Iuppiter fuerit inuentus: cupiditatibus ꝓſperos hẽbũt ſemp euẽtus: ſed circa nuptias quidam nunq̃ firmis affectibus perſeuerant.

❡ Iuppiter & Mercurius diametri. ♃☍☿

SI. ♃. &. ☿. diametra ſe radiatiõe reſpexerint: & in cõtrariis cõſtituti locis lõga ſe inuicẽ radioruꝫ ſuoꝶ ptãte pulſauerit: illos ipugnat iſta radiatio: quicũq; docti ſermõis diſciplinam fuerint aſſecuti: ſed & populi meruẽdas ſeditões exagitat: & popularis indignatiõis iurgiũ frequẽter indicit: & potẽnorib⁹ uiris: aut regibus inuidẽtiũ ſtudio male inſinuari ſp efficiet: ſꝫ & fratꝶ acerbas mortes frequẽter oñdit: aut ex fraternis affectibus grauĩ ſimultate diſſociãt: & cũ illos una ſãguinis neceſſitudo cõiũgat paricidali odiorum contra ſe ſimultate depugnant.

❡ Iuppiter & Luna Diametri.

I Iuppiter & Luna diametra ſe ra ♃☍☾

ſ diatõe reſpexerint: & in cõtrariis cõſtituti locis lõga ſe inuicẽ radiorum ſuoꝶ ptãte pulſauerint: & ſit luna plena luminibus: & partes Iouis Lunæ partiũ numerus antecedat: p̃incipalia dignitatis iſignia decernit: iſta radiatio : uitã eoꝶ clara ptãte nobilitat: ſed oĩa potẽtiæ ornamẽta decernit: & facit talẽ q nunq̃ poſſit alienis ptãtibus ſubiacere: & q ſp uirtutis grãs

& aĩ cõſtãtia cõſidẽter reſiſtit ptãtibus alienis. ℭ Si uero fuerit luna minuta luminibus: nihil de ꝑcedẽtibus bonis: ſ; maxima ĩfortunioꝝ decernunt exitia: ſed tũc mala forti⁹ cõualeſcũt: ſi nocturna fuerit gẽitura

ℭ Mars & Sol Diametri.

SI Mars & Sol diametra ſe radiatõe reſpexerint: & in cõtrariis cõſtituti locis longa ſe inuicẽ radiorum ſuoꝝ ptãte pulſauerit: & ſit diurna genitura: patrem iſta radiatio miſera mortis atrocitate ꝓſternit: aut lumẽ graui oculoꝝ ualitudine ſp excitat. Ipſos uero ex altis deiectos locis miſera laceratõe ꝑcipitat: aut ex altis deiectos locis graue neſcientib⁹ piculum ſemp afferẽt: & oẽs actus grauibus facit cõtrarietatibus impediri. ℭ Si uero fuerit nocturna genitura: fractis uirib⁹ ſubſtantiã oẽm fatigati corporis imbecillitate debilitat: & lacerato ac diſſipato patrimonio egeſtatẽ mendicitatis imponit.

ℭ Mars & Venus Diametri.

I Mars & Venus diametra ſe radiatione reſpexerint: & in contrariis cõſtituti locis lõga ſe inuicem radioꝝ ſuoꝝ ptãte pulſauerit: & fuerit diurna genitura: uagis ſp faciẽt errorũ uitiis implicari: ſed & ægritudinũ incõmoda aſſidua radiatõe decernunt. ℭ Nuptias uero & filios Venus & Mars ſic poſiti iuido ſtridore ſemp impugnant. ℭ Quod ſi ĩ Tropicis ſignis cõſtituti diametra ſe radiatiõe reſpexerĩt: decernũt quæ eos quadratos decernere in ſupioribus partibus diximus. ꝑſertim ſi ſe de Capricorno & de Cãcro: iſta radiatõe pulſauerint: & ſi nullum illis Iuppiter teſtimonium commodarit.

ℭ Mars & Mercurius Diametri.

I Mars & Mercurius diametra ſe radiatõe reſpexerint: & in cõtrariis cõſtituti locis lõga ſe inuicẽ radioꝝ ſuoꝝ ptãte pulſauerit: maxĩa iſortũioꝝ & calãitatis exitia decernit iſta cõiũctio: ut imutata tabulaꝝ: aut ſcripturaꝝ fide: q ſic Martẽ & Mercuriũ habuerint: falſi crimen incurrũt: aut oĩbus facinoribus malæ cõſcientiæ ſocietate iungunt: aut cũ maleficis & ueneriariis crimioſæ uitæ cõſortiũ iungũt: aut debitorũ graui fœnore ſemper oppſſi: cũ iactura pudoris ad publica iudicia ptrahunt: ut prauo cupiditatis ardore poſſet ſi & religioſa fidei cõmertia polluẽtes depoſitas uel cõmendatas res abnegare conant: aut ex iſta perfidia: uel ex ꝑcedẽtibus criminibus publicæ cõtra illos ſentẽtiæ diſcrimen iniungat: & iudicantiũ ſubiecit poteſtatibus: metuẽdo cauſaꝝ terrore quatiant: alii ꝑcedentiũ facinoꝝ exagitati teroribus: & malæ cõſcientiæ oneribus fatigati uix erroribus ſeparant: ꝑſertim ſi in finibus Saturni: uel in domo Saturni: uel in domo ſua: Mercurius fuerit inuentus: ĩ diurna genitura: nec Iuppiter aliquẽ ipſoꝝ Trigonica radiatione reſpexerit.

ℭ Mars & Luna Diametri.

SI Mars & luna diametra ſe radiatione reſpexerint: & in cõtrariis cõſtituti locis longa ſe inuicẽ radioꝝ ſuorum ptãte pulſauerint: aut oligochronios faciet: aut grauibus periculoꝝ cõ cõtinuatõibus inſequunt: aut nuptias non decernũt: aut ſi aliaꝝ ſtellaꝝ ꝑſidio decretæ fuerit nuptiæ: uxores datæ miſeris mortiũ atrocitatib⁹ pibũt: ſed & ipos malo exitu mortis interibũt: aut publica aiaduerſione proſternunt. Præſertim ſi Luna fuerit plena luminibus.

ℭ Sol & Luna Diametri.

I Sol & Luna ſe diametra radiatione reſpexerint: & in cõtrariis cõſtituti locis longa ſe inuice; radioꝝ ſuoꝝ ptãte pulſauerint: uitã: & ſtatu; hominis: ſubſtãtiæq; ordinẽ: & omnia dignitatis inſignia uaria faciũt rõne mutari. Tũc enĩ collocatis diuitiis rurſus onus paupertatis afferẽt. pauptatis incõmoda aliarũ diuitiarũ rurſus ſolaciis relaxant. Faciunt ẽt circa uultũ indecoræ ualitudinis uitia: ſ;

& corp⁹ misera cõtractione debilitant.

ℭ Venus & Luna Diametri.

SI Venus & Luna diametra se radiatõe respexerint: & in cõtrariis cõstituti locis lõga se inuicẽ radiorũ suorꝝ ptãte pulsauerint: ĩfœlices nuptias ex ista radiatõe decernũt: sed nec aliquo patiunt̃ sic positi: fœlicitatis ordine subleuari: aut nunq̃ filios: aut susceptã sobolẽ: misera morte prosternũt: sed ipsi crebra mala & multas uxorꝝ patiunt̃ iniurias.

ℭ Mercurius & Luna Diametri.

SI Mercurius & Luna diametra se radiatõe respexerint: & in cõtrariis cõstituti locis lõga se inuicem radiorꝝ suorꝝ ptãte pulsauerint: effrenatæ multitudinis impetũ: & populares seditiones suscitãt cruẽta discrimina: ut eos semp in cœtu publico maligna uox populi persequatur. Sed & aĩo & uerbis eorum deiectam trepidationẽ timoris indicunt.

ℭ De Exagona Radiatione.

CVm stellæ exagonã radiatione; respexerint. hæc decernũt: quæ ex trigonica diximus radiatione decernere. Sed decretorꝝ ipsorꝝ ex aliqua parte minuit̃ effectus: & lãguidis uirib⁹ destituta radiatio in genituris oĩbus efficaciã sui minori ptãte cõponit. Sed illud meminisse te cõuenit: q̃ hñt exagona uiribus: si tropicis uel duplicibus signis diuidantur. Inefficacia uero tunc sunt: quotiens solidũ interuenerit signum.

ℭ De his qui simul sunt.

VT oĩfariã tibi Mauorti decus nostrũ integ as: mixturarꝝ efficacias itimem⁹ extricatis trigonis mixturis pariter & quadratis: & oĩ diametrorũ radiatiõe specialiter explicata: nũc iunctas stellarꝝ ꝓprietates manifesta sermonis interꝑtatõe signauimus: ut oĩ mixturarum tẽperatione monstrata ad specialia apotelematum decreta ueniamus.

ℭ Saturnus & Iuppiter simul.

SI Saturn⁹ & Iuppiter unũ hospitiũ partis acceperint: & in uno loco pariter cõstituti æquabili societatis ptãte iũgant̃: si in opportunis genituræ locis: & ĩ his in q̃bus gaudẽt signis: uel ptibus ista fuerint societatis radiatõe cõiuncti: fœlicitatis insignia: pr̃monii augmentũ: gloriæ commoda: uirtutis incorrupta p̃sidia: fœlicẽ sobolẽ filiorꝝ ex ista societate decernũt. Præsertim si fuerit diurna genitura: tũc enim dabit actus maximos: tũc ꝓcuratõis officia: tũc iungũt alienæ substãtiæ ptãte; . Sed si eos sic positos ex supiori loco Mars minaci radiatione pulsauerit: totum hoc quod diximus: inuida Martis radiatione mutatur.

ℭ Saturnus & Mars pariter.

SI Saturnus & Mars pariter unũ hospitiũ partis acceperint: & in eodẽ loco pariter cõstituti: æquabili potestatis societate iungãt̃: si in opportunis genituræ locis fuerit ista coniunctio mores hominũ æquabili grauitatis moderatione cõponit: & omnes animi impetus mãsueris tẽperatioribus mitigat. Martis eni incõsulta temeritate ardoris ĩprobitas & inflammati caloris ardor impatiẽs: cõiunctio sibi Saturni frigorum tẽperat̃: & mitigatis ignib⁹: quos natura ꝓprii caloris incenderat: ad fingẽdos mores hoium grauitatẽ: ex adiunctis sibi frigoris societatibus mutuat̃: ut Martis calor ad fingẽdos mores tardo Saturni frigore sp hebetat̃.

ℭ Cum itaq; Saturni frigus tepefecerit calor Martis: & cũ illius flãma Saturni iũctũ frigus extinxerit: & ista tpatõis moderatione mores hoiũ pfecta grauitatis ornamẽta pcipiũt. Sed nihilominus actus cõtrariis stellarum istarum dissensionibus impeditur: cum in negociis alter reuocat: alter impellit: Sed & nunq̃ q̃d uolũt, hi qui sic

Martem & Saturnum habuerint prospere cõsequunť: sed semper cum animi tristitia iefficaci cupiditate sollicitis: imperfecta de siderio᷑ suo᷑ deserunt uota: sed & uariis etiã ægritudinũ discriminibus implicanť & corpus eorũ assidui langoris continua tionibus fatigať: & ad nociua detrimenta corporis assidue cõtra illos nigri fellis con citať exitũs: sed & cita mors opprimit pa trẽ pariter & matrem: paterna etiam sub stantia uariis laceratiõibus dissipať: & fra tribus per ipsos malum semper præparať exitũ. Sed quicunq; fuerint primi susce pti: aut misero mortis ꝓsternũť exitio: aut oĩ fœlicitatis destituti ꝑsidio: fraternæ glo riæ potestatem: cũ maxima humilitatis ue neratione suscipiunt. Sed ipsis difficulta tibus maxima & errorẽ grauium sollicitu dinum frequẽter imponũt: sed hæc omia fortius conualescunt: si aliquem genituræ cardinem eadem partis societate possede rint: tũc enim nunq̃ animus eorũ mutabi libus rationũ uariatatis animi uirtutibus su stinẽt: nisi Iuppiter in primis cardinib⁹ cõ stitutus: & in his in quibus exaltatur signis uel in domo sua: uel in opportunis genitu ræ locis positus omnia malorum discrimi na mingantur.

℄ Saturnus & Sol pariter.

Si Saturnus & Sol unũ hospitiũ partis acceperit: & in eodẽ loco pariter constituti: æquabili pote statis societate iunganť: paternam omnẽ substantiã dissipat ista cõiunctio: sed & ipi patri miserum mortis decernit exitium: & hæc mala in nocturnis genituris fortius cõ ualescunt: siue in matutino: siue in uespti no ortu Saturnus fuerit inuentus. Tũc pa tri grauis infortuniorum cumulus: tũc mi sera periculorum discrimina semper incur runt. Tunc fratribus acerba malorum de cernuntur exitia. ℄ Si in nocturna geni tura Saturnus & Sol ista fuerint societate coniuncti. ℄ Sed si in eodem signo cõsti tuti: istis fuerint partium diuersitatibus se parati: ut sol quidem paucas: Saturnus au tem plures habeat partes. Tunc pater cum misero calamitatis exitio malæ mortis dis crimen indicitur: sed omnia quæ diximus forti malorum continuatione proueniũt. ſ; & cũ oĩbus his malis lacerato patrimõio ℄ Si uero ꝓscripto: & omni fortunæ sub stantia dissipata: extremum onus pauper tatis imponitur: sed & langores ex uitiosis humoribus inferentur: & uires omnes im becillitate fatigati corporis opprimuntur: aliorum oculos miserum exitium cæcitatis impugnat. ℄ Sed hos ipsos idoneos agri colas semper efficiet ista coniũctio: ut illis post multum temporis spacium ex cultura agrorum idonea facultatum subsidia con ferať. ℄ Erunt sane hi ipsi in tristitia sem per obscuri. ℄ Quod si i solis domo uel in Saturni domo sol & Saturnus pariter fuerint collocati: gloriosum quidem effi ciunt patrem: sed omni diuitiarum præsi dio destinatum: ipsos uero contra patres: Sol & Saturnus simul positi: parricidalibus inimicitiarum odiis exasperant. Sed hos eosdem earum infœlicitatum (quas dixi mus) misera decreta semper impugnant.

℄ Saturnus & Venus pariter.

Si Saturnus & Venus unum hospitium partis acceperint: & in eodẽ pariter loco cõstituti: æquabili so cietatis potestate iungantur: indignarum mulierum nuptias decernit ista coniũctio & misera matrimoniorum infortunia sẽ per excitat: aut. n. steriles: aut debiles decer nit uxores: quarum insigne uitium omne; corporis formam: dedecore: aut graui pul satas infamia: aut ex istis infortunus etiam filiorum illis soboles denegatur. Sic habẽ tes Saturnum & Venerem nũq̃ filios: aut tarde suscipiunt. sed ipsi erunt frigidi sem per ad Venerem: & in manus eorum ani mus instabilis semper uarietate dissentit. Hæc etiam in fœminarum genituris Ve

nus & Saturnus simul positi æquata ratio nis societate decernunt. Sed hæc fortius cõualescunt: si in Capricorno: uel in Aquario Saturnus & Venus fuerint pariter inuẽti. Na; hæc signa Veneree male semper in ficiunt. Præsertim si Saturni societas accesserit. Tunc enim malitia eius coniunctio nis: nec psentia potest Iouis nec testimonio mitigari.

¶ Saturnus & Mercurius pariter.

SI Saturnus & Mercurius uni⁹ partis locum æquata societate posse derint: uocis sonum balba confusione linguæ semper idicit: aut tardo sermone faciunt impedita uerba proferri: aut auditum graui ualitudine semper impugnãt: & nunq̃ eorum permittunt simul positi Saturnus & Mercurius desideria cõpleri. ¶ Erunt etiam in omnibus actibus fidei testimonio destituti: erunt etiam sic habentes Saturnum & Mercurium rigida mẽtis auctoritate durati: & obstinata semper ac tristi dissimulatione compositi: sed hi animi sui consilia alta malitiæ taciturnitate cælabunt. Ingenium uero eorum multis disciplinarum studiis imbuent.

¶ Saturnus & Luna pariter.

q; uiri nati sint: hunc locu; si maliuola stel
la forti radiatiotie pulsauerit : repentinis
cæcitatibus opprimuntur.

ℭ Occidentibus pliadibus: ideſt ſexta pte ♉. ſi a maliuolis ſtellis hæc pars radiata fuerit: hi qui nati fuerint: naufragio peribũt. Quod ſi beniuolæ ſimul cum maliuolis hunc eundem locum æquata radiatione reſpexerit: aut ex uenerea uoluptate: aut ex nimio cibo inter epulas & pocula ſine aliqua lamentatione mors illis amœna ꝑueniet. ℭ In ſciſſione ungulæ Tauri ſi fuerit horoſcopus: aut luna: hunc eundem locum beniuolæ & maliuolæ pariter æquata radiatione reſpexerint: pictorem faciũt: ſed quẽ hoc ſtudiũ famoſo honore nobilitet. Si uero ſine teſtimõio bẽiuolaꝝ ſtellaꝝ: hũc locũ maliuolæ ſolæ minaci radiatõe reſpexerint: gladiatores famoſi naſcentur: ſed qui poſt multas palmas: inumerabileſq; uictorias in iſto pugnaruꝫ ſtudio minaci gladio magno ſpectantium plauſu & fauore moriantur.

GEMINI.

IN Geminoruꝫ parte ſeptima oritur lepus: in hoc ſidere q nati fuerint tanta erunt leuitate corporis ut cum currere cœperint: agitati uelocitate: aues ſuperare uideantur: hunc locum ſi Mars reſpexerit: ſtadia dromatos facit. ℭ Si uero Luna cum Marte pictas macharios. Si Mercurius præſtigiatores: aut pilis ludentes. Si Venus pantomimos: aut mimologos: ſi Mercurius & Venꝰ pariter: nouas artes nimiæ diligẽtiæ ſtudio perficiẽt: præſertim ſi hos eoſdeꝫ: in quibus diximꝰ apoteleſmatibus proſpero Iouis teſtimonio radiationis adiuerit. ℭ Quod ſi hũc locum Saturnus per quadratum: aut per diametrum uiderit: faciet fugitiuos qui lares ſuos ad longinquas regiones migrantes prono animoſitatis ſtudio deſperãtes. ℭ Si uero lepus in occaſu fuerit inuentus: & habeat beniuolarum ſtellarum: ſicut in præcedentibus apoteleſmatibus diximus: cum magno labore uitæ ſubſidia quærẽt. ℭ Si uero ſolum maliuolarum ſtellarum acceſſerit teſtimonium: a feris conſumpti laceratiq; moriuntur.

CANCER.

IN prima parte Cancri oriuntur iugulæ: quibus orientibus qui natus fuerit: erit quideꝫ irreligioſus & perfidus: ſed ad omne ſtudium uenationis applicatus: his retibꝰ feras capiet: aut foueis decipiet: uel uariis formidinibus: ferroq; ſectabitur: aut canes ferarum capiendaꝝ gratia ſeruabit ſcrutabit ſecreta ſiluaꝝ: ſed & fœmina ſi ſic nata fuerit: uiraginis animo hæc eadem ſimilimis rationibus ꝓſequetur. Sed hæc faciet ſi Mars cum beniuolis ſtellis hunc eundem locum quacũq; radiatione reſpexerit. Quod ſi Saturnus hoc idem fecerit: hi erunt ad omne ſtudium piſcationis applicati: & exquiſitis piſcationibus etiam marinas bæluas capiũt. ℭ Si uero hoc (ut diximus) ſidus in occaſu fuerit iuẽtũ: & locũ ipꝫ bẽiuolæ ſtellæ reſpexerint: hic qui ſic natus fuerit dormiẽs morietur. ℭ Si uero Mars hunc locum uiderit omnia. 7. quidem pericula frequenter: ſed dormiens acerba morte iugulabit. ℭ In Canceri parte. 20. oritur argon: hoc oriente qui nati fuerint: erunt quidem ipſi ab omni uenatiõis ſtudio ſeparati: uerum arma uenatoribus: aut facient: aut parabũt ideſt rætia: uenabula: ſagittas: & quicquid ad deſtructionem eius ſtudii pertinet: nutrient etiam canes: qui ferarum cubilia: & latentes latebras præſagis naribꝰ perſequãtur. ℭ Si uero hoc ſidus in occaſu fuerit: & hunc locum Mars quadrata uel diametra radiatione reſpexerit: Iouis proſpero teſtimonio deſtitutum: morſu rabidi canis lacerati ſimili furoris inſania peribunt: ut aquæ uitantes aſpectum: & omnem periculorum horrentes hauſtum: areſcentibꝰ faucibus aquam deſiderare perhorreſcant: aut certe inſidias parãtes: feris ipſarum lacerati morſibus diſſipantur.

LEO.

IN prima parte Leonis oritur Canicula: quæ a græcis syrion dicitur quicunq; hoc sidere oriente nati fuerint: effrenatos animos ad omne studium præposteri facinoris applicabūt. Erūt etiam ab omni humanitatis gratia separati: & qui libenter omnia uiolentiæ studia sectentur: furiosi: iracundi: terribiles: minaces: quosq; omnes homines: & oderint pariter: & metuant. Erunt etiam animosi: & uerbosi: affluentia sermonis inflari: & quos ad omne conuitium incautus sermo semper impellat. Noua & inaudita causarum iurgia concitantes: Horu; cor crebris agitationibus palpitat: & uox eorum arescentibus faucibus canum latratus imitatur: ut impetu & furore commoti: aut dentes quatiant: aut attritus sp exacuant. ℭ S, si hūc locum Mars uiderit: fortius hæc (quæ diximus) conualescunt. Hi nunq̄ metuunt secreta siluarum: S; omnium ferarum morsus prona animositate contemnunt: & frequenter illis pericula: & a feris: & ab incendiis inferentur. Hunc locum si maliuolæ stellæ radiauerint: Luna quoq; uidente Saturnum: nascentur uenatores: arenarii: parabolarii: qui sub conspectu populi: cum feris in caueis pugnent: Fiunt etiam gladiatores: erunt etiam corporis uelocitate: ut leporem cursu compræhendant. ℭ Si hoc sidus in occasu fuerit inuētum: & Mars: aut in ipso loco fuerit inuentus: aut locum ips; minaci radiatione respexerit: a lupis comedi faciet: aut a canibus: aut a feris: misera laceratione consumi.

ℭ In parte.30. Leōis oritur Crather: q hoc sidere oriente natus fuerit: irriguos amabit campos: & fontes: aut riuos: aut fluuios ab alueo suo ad alia deuiabit loca: erit uinearum & amator: & cultor: & qui in fœcundis clutinei arborib⁹ fœcūdos inserēs surculos: uel in quibus extas arboribus tondens: in bæluas fingat: aut uirides porticus in circulum flexis uitibus faciant: hic uinum sine admixtione aliqua libenter bibit. ℭ Q đ si actus illi beniuolarum stellarum decernit gladius: humidas merces negociabitur.

ℭ Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum: sine maliuolæ stellæ testimonio is qui natus fuerit inter epulas: & pocula media morietur. ℭ Si uero maliuolarum stellarū radius accesserit: aut in dolium uinarium: aut in puteum submersus morietur. ℭ Si uero maliuolarum stellarum radius accesserit: aut in flumine: uel lacu: uel palude: uel mari: uel certe in piscina: uel in solio: inuenietur mortuus.

VIRGO.

IN Virginis parte quinta: oritur Corona: qcunq; natus fuerit: erit uariis deliciarum uoluptatibus occupatus: muliebrium artium studiis dedit⁹ florum & coronarum inuētor: & qui amœnis hortorum delectationibus adhærescat odores unguēta aromata studiosa cupiditate desiderans Corpus suum lenocinio pulchritudinis excolens: stupra: & adulteria latēter exerceat: s; ad uirginū pulchraq;: puerorūq; cōcubitus: pna libidinis aiositate festinans. ℭ Si uero in occasu hoc sidus fuerit inuentum: & aut in ipso loco Saturnus sit: aut ex alio loco hanc eandem partē minaci radiatione respiciat: maliuolæ stellæ mortis decernit exitiū & in prima perimit iuuentute. Nam publica animaduersione percussum & insepultum: proiectum: ferarum: uel canum: aut alituum facit morsib⁹ dissipari.

ℭ In Virginis signo parte.10. oritur spica: quicunq; in ortu spicæ natus fuerit: erit ruralibus officiis semp applicatus: & ad agrorum cultum patientia laboris adiunctus: q nouis seminibus per annos singulos nouitatem frugibus pariat: ad subsidium uitæ multas fruges horreis condet. Facit etiam pro harum stellarum testimonio: piscatores: dulciarios: & his similes.

¶ Si uero in occasu hoc sidus fuerit inuentu;: aut nimio feruore æstuum: aut in angustiis psidiorũ: aut incursione turbabuntur. ¶ Si uero Saturnus hunc locũ minaci radiatione respexerit: faciet eũ qui natus fuerit: misero paupertatis onere prægrauari: ut sit per omnem uitæ statum pãnis male pendentib9 nudus: & eu; usq; ad extremũ diem uitæ perducit: præsidio publicæ miserationis alimenta poscentem: aut cũ cruciatu animi pariter & corporis debitũ uitæ compleat munus. ¶ Quod si Mars hunc radiauerit locũ: ob interceptam annonam uel male dispositã: uel fraudulẽta cupiditate subtractam: graui pulsatum inuidia insanientis populi dissipabit: & popularibus manibus laceratu; artubus metuenda acerbæ mortis exempla demonstrant.

LIBRA.

IN signo Libræ parte. 8. oritur sagitta: in hoc signo qui natus fuerit: erit iaculator sagittarum: qui uolantes aues specialis artificii moderatione percutiat: aut Pisces tridente: uel cuspide iter ipsa undaꝝ spacia eos figat itrepid9 ¶ Si uero hoc sidus in occasu hũc eũdem locũ beniuolæ cu; maliuolis æquata radiatione respexerint: in exercitu constituti: & in acie positi: inter acerbos hostium cumulos infinitos hostium sanguine cruenti: hostili etiam ipsi dextera cæsi moriuntur. ¶ Si uero Mars solus assistente Mercurio hũc uiderit locum: aut si in ipso fuerit: facit tales: qui se ob alienæ gratiæ uoluntatem: nundinati sanguinis iactura ad mortis spectaculu; uendant. ¶ Si uero Saturn9 hoc fecerit: in ludũ sententia iudicantis addicũtur: in hac parte stigem esse perhibet: idest teram stigem esse nulla dubitatio est: cælestianũ in exemplũ timentes aio perhorrescunt: quæ de cælo lapsa terrenoꝝ corporum sustentationibus applicatur.

¶ In libræ parte. 15. orit hædus: hoc signo oriẽte: quicũq; natus fuerit: erit animo uario: cõsilioq; semper sollicito: Qui uariis cogitationibus implicatus: nunq̃ quiete securitatis gratia perfruat: erit etiã obsequiis magistratuũ deputatus: scriba: Tabularius: publicorum uectigaliũ tractãs officia: sed lasciuis moribus: & præposteris amoris cupiditatibus obligatus: uino & epulis deditus: & qui rebus publicis conuiuoꝝ præferat gratiam: aptus ad saltandũ: & scænicas artes pro studiosa animositate perdiscens: ¶ Si uero hoc signũ in occasu fuerit inuẽtum: & hunc locum maliuolæ stellæ minaci radiatione respexerint: aut per præcipitia deiiciunt: & sic pereũt: aut exercentes saltum penduli corporis ruina: misero frãguntur mortis incommodo: aut puellarũ concubitus cæca nocte sectantes: & nimio impatiẽtiæ ardore poscẽtes: si per incognita loca pergentes: aut in tecta insidiantes: somnio maritorum præcipiti decepti lapsu moriuntur. ¶ Si uero beniuolæ uiderint stellæ dispnoici moriunt.

SCORPIVS.

IN prima Scorpii parte orit Ara: hoc sidere oriente: qui nati fuerint cum beniuolarum stellarum testimonio: erunt sacerdotes: prophetæ: necnon cuiusdam religionis antistites: diuinas quasdam artes studiosis interprætationibus explicantes. ¶ Si uero hoc sidus in occasu fuerit: & hunc eundem locum Mars: aut Saturnus minaci radiatione respexerit: ob sacrilegiũ aliquod publica animaduersione plectantur. ¶ Si uero his Iouis accesserit testimonium: aut diis immolati: aut propter religionem aliquam cæsi: sempiternis cærimoniis consecrantur.

¶ In Scorpii parte duodecima oritur Cẽtaurus: hoc oriente qui natus fuerit: aut auriga erit: aut equorum nutritor: & cultor: aut certe exercitator: aut mulo medicus: aut equinarius. ¶ Si uero hunc locum Mars prospera radiatione respexerit: faciet inter

equites militare. ℭ Q uod si Mercurius hūc
locū uiderit: faciet Herbarios: qui herbas
solerti arte collectas: ad medellas laboran/
tium pecorum seruent. ℭ Si uero hoc si/
dus in occasu fuerit: & hunc locum maliuo
læ stellæ respexerint: aut ex alto proiectus:
aut quadrupedis animalis impetu: aut equi
calce: aut deiectus equo morietur: aut euer/
so curru: equis trahentibus misera morte la
cerabitur.

SAGITTARIVS.

IN Sagittarii signo in parte quin
ta oritur arcturus: hoc signo oriē
te: qui natus fuerit: erit talis: qui
amicorū secreta fideli taciturnitate custodi
at huic opes regiæ credēt: aut ærariū popu
li: uel ædes publicæ. ℭ Si uero hunc locū
stellæ maliuolæ radiauerint: aut cura illis
populi credetur: aut fuerit domus regis: ia
nitores: aut quibus in palatio admittendi:
uel salutandi officia credentur. ℭ Si uero
hoc sidus in occasu fuerit inuētum: & hūc
locum Saturnus cum Mercurio quacunq;
radiatione respexerit: faciet grauis crimi/
nis pulsatos inuidia: & publico carceri tradi
tos: uinctos cathenis: cum miseris curciati
bus interire.

ℭ Sagittarii parte decima oritur Cygnus:
hoc sidere oriēte: qui natus fuerit: aut aues
capiet: aut aues mercabitur: aut ingenioso
studio: auibus humanæ sonum uocis insi/
nuat: aut palumbos studiose nutriet.

ℭ Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuē/
tum: dum sibi ex alienis prædiis parāt sub
sidia facultatū ab hostibus captiuitatis one
re deprimūtur: aut propter spolia: aut pro
pter spoliorum furta publica animaduer/
sione plectuntur.

CAPRICORNVS.

IN primis partibus. ♑ orit Ophi
ucus: hoc Sidere oriēte: qui nati
fuerint: erunt marsi: qui pestife/
ros angues sopitis ac mitigatis aculeis miti
gent. ℭ Si uero hoc sidus in occasu fuerit
inuentum: & hunc locum quacunq; radia
tione respexerit: Venenati Serpentis ictu
morientur.

ℭ In parte octaua Capricorni oritur Del/
phinus: quicunq; hoc sidere oriente natus
fuerit: habebit natandi studium: sed cū Sa
turni testimonio urinator erit. Cum Mar/
tis uero & Mercurii: petaminarios ephel/
matoris: ortistopalarios: petauristarios: aut
certe nauta cursus agilitate perspicuus.

ℭ Si uero hoc in occasu fuerit inuentum:
& hunc locum Saturnus minaci radiatio/
ne respexerit: in Mari: uel in fluuiorum p
cellis & turbinibus: erit submersus.

ℭ In. 10. parte Capricorni oritur lyra: qui
cunq; hoc sidere oriente nati fuerint: erūt
æqui: rectiq;: cupidi: ad omne apti æquita/
tis officium: uindices scelerum: quibus pu/
blica iudicia: quæstionesq; credantur.

ℭ Si uero hunc locum Saturnus quacūq;
radiatione respexerit: erunt tortores: carni
fices: qui malos homines pronæ cupidita/
tis studio persequuntur.

ℭ Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuē/
tum: publicis tormentis lacerati: aut exu/
sti ignibus: aut torti q̄stiōe legittima pibūt
præsertim si hunc locum Mars Saturnusue
respexerint.

ℭ In. 15. parte Capricorni oritur Cepheus:
qcūq; hoc sidere nati fuerint: erūt graues:
austeri: oī seueritatis auctoritate: & metu/
endi uultum semper ex morum integrita/
te fingentes: qui stoicam sectā uero sectāt
affectu: tales fuerūt apud ueteres Catōes: ta
lis nostris tēporibus Tullianus: qui seuerita
tis merito etiam ordinarii consulatus insi
gnia consecutus est. ℭ Q uod si in hoc lo
co Venus & Mercurius fuerint attestātes:
arte tragica carmina: aut legūt semper: aut
faciunt. ℭ Si uero hoc sidus in occasu fue
rit inuentum in scopulis: in quibus aliquā
do periclitati fuerant: misera corporis ia/
ctura morientur: aut nati statim peribunt:
aut propter incestum publica animaduer/
sione plectentur: ut nouellæ his: & inaudi/
tæ mortis inferatur exitium.

AQVARIVS.

IN Aquarii parte .12. oritur Aqla quicunq; in huius sideris ortu nati fuerint: ex cæde hoīum: & ex spoliis hēbūt uitæ subsidia: capiēt ēt færas pariter & domabūt. Erūt p̄terea fortes militares: quoȝ uirtute: atq; præsidio: bellorum metuendi impetus sopiantur: erunt sane tanta uirtute: ut nudo præditi pectore hostes sequant̄: ut ad laudē suaȝ p̄spere credāt: si morteȝ secura aīositate cōtēpserit. ℭ Q đ si hūc locū beniuolæ stellæ p̄spera radiatōe respexerint: liberabūt patriā: condēt et alias ciuitates: & deuictis: uel subiugatis hostib⁹ uel gētib⁹ triūphabūt. ℭ Q đ si Mars hūc locū Satur. ue respexerit: faciet p̄positos: tribūos: ministros Impatoȝ: uel satellites regū: & qb⁹ cura impii: uel armoȝ custodia credat̄. Si uero ī occasu fuerit hoc sidus inuētū: faciet natos suffocari:

ℭ In Aquarii parte .20. oritur cassiepia: & hac oriēte qui nati fuerint: erūt aurifices: bractiatores: fauratores: iplastratores: margaritarii has oēs artes igeniosa cōuersatōe tractātes: ex his artibus maxīa uitæ suæ subsidia p̄bebunt. ℭ Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuētū: hi qui nati fuerit: aut ex ruina pibūt: aut interfecti moriētur.

PISCES.

IN Pisciū pte .12. orit̄ andromeda: quicūq; hoc sidere nati fuerit contra hoies: crudeli semp feritate crassabunt̄. Erūt auteȝ aut pœnaȝ publicaȝ ministri: aut carceris custodes: aut carnifices qb⁹ occidēdoȝ hoīū officia credāt̄. ℭ Q đ si beniuola stella cū maliuolis iuncta hūc eūdē locū uiderit: facit ergastulis p̄positos: uel metallis. ℭ Si uero hoc sidus ī occasu fuerit inuentū: & locū istū maliuolæ stellæ respexerint: faciēt feris obiici: aut in crucē tolli. q̄ si sic maliuolis ordīatis beniuolaȝ stellaȝ fauor accesserit: faciet i ludū dari: uel p̄petuis strigi uiculis catenarū.

ℭ In Pisciū pte .20. orit̄ æs: qcunq; hoc sidere oriēte nati fuerint: erūt curiosi aurigæ agitatores: equites: ueredarii: speculatores: nōnūq̄ medici: s; qui herbis medellas hoib⁹ pecoribusq; cōponāt. ℭ Si uero cū maliuolis stellis ī occasu fuerit inuētū hoc sidus: aut calcis ictu: aut deiectus curabit̄: uersato uectos uehiculo faciet interire: & misera corporis laceratione quassatos.

ℭ In extremis partibus Pisciū orit̄ ingeniculus: qui a græcis ingonasin dicit̄: hoc sidere oriēte: qcūq; nati fuerint: erūt sagaces: callidi: uariis instructi dolis: mēdaces: qui hoies uariis insidiis appetāt: & qui effrenata semp aīositate crassent̄. ℭ Cū testimonio uero Martis & Lunæ erūt: funeabuli olibate neurobate occidēt: hoc sidere qui nati fuerint: & uariis insidiis periclitabuntur: quem locum si Mars radiauerit: uiui exurentur.

ℭ In extremis partibus Pisciū in leua parte cōsurgit: bælua: quæ a græcis cetus dicit̄: qcunq; hoc sidere oriēte nati fuerint: erūt piscatores: sed maioȝ pisciū. Hi.n. phocas: canes marinos: xiphiastynos: cocodrillos capiēt. Hēbūt ēt officia: quæ ex salibus sunt: uel ex salsamentis: & liquamine: & hæc mercabunt̄. ℭ Si uero hoc sidus ī occasu fuerit: & Mars hunc locum radiauerit natantes in fluuio: uel in mari a cocodrillis uel a canib⁹ huiuscemodi bæluis cōsumēt̄.

SEPTENTRIO.

ORiente septētriōe qui est inter Pisces & Arietē: hoc ē iter initiū finēq; mūdi: qui in uno infixus loco & in ipso mūdi uertice collocatus: axeȝ mūdi perpetua celeritate contorsit.

ℭ Hoc itaq; signo oriente: quicunq; nati fuerint: erunt māsuetarii feraȝ: idest q ursos: uel tauros: uel leones deposita feritate humanis conuersationibus socient.

ℭ Si uero septentrio in occasu fuerit inuētus: attestante Marte a fœris interibunt.

ℭ Extremus est anguis qui inter duas arctos positus in modū fluminis: qui sinuosis flexibus labitur: quicūq; hoc sidere oriēte nati fuerint: erunt marsi: uel qui uenenis

ex herbarum

ex herbaꝝ pigmentis salutaria soleãt remedia cõpare. ℭ Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum: serpentũ morsu icti: uel certe hausto ueneno peribunt.

ℭ Lignus quoq; ad huius signi pertinet ptem: quicunq; hoc sidere nati fuerint: erũt metallorum inuentores: qui latentes auri & argenti uenas cæterarum specierum solertibus inquisitionibus persequantur: erũt etiam monetarii. ℭ Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum: & Mars in ipso loco fuerit: uel in diametro: uel in quadrato: uel incensa domo conflagrabuntur: aut publica sententia ultricibus flammis concremabunt. ℭ Illud ẽt scire debemus q̃ si illa hora qua completur pars: aut terremotꝰ fuerit: aut cælum tonauerit: quicunq; natꝰ fuerit: semper tremulus corpore instabilis erit: qui dubio gressu: trepidantibusq; uestigiis: per omnia horarum momenta imminentium culminũ speret ruinas & metuat: huic oculi micabũt: & ardenti acie oĩum perhortescunt: nec uerba certum ordinem seruãt: sed impeditus sonus uocis tremulum murmur exibilat: aut strictis faucibus ipso semper exitu uerba deficiunt: putabunt semper tonare terram: semper moueri: semper omnia ruere: & caducæ cogitatis erroribus rectæ conuersationis ordinem perdant.

ℭ Hæc sunt Mauorti decus nostrum Barbaricæ Sphæræ principia: hæc est chaldæici operis disciplina: nũc assequentes partes sphæræ barbaricæ omnem tractatum trãsferam: quem Myriogenesim ex aliqua parte imitatur: quicquid enim Myriogenesis de singulis minutis pronuntiat: hoc nos faciemus de singulis partibus integre: horæ ĩteger itaq; gnomõ ponẽdus est: ut uera ps solerti cõputatõe collecta apotelesma fideli faciat ꝓnuntiatione ꝓferri. Si uero aliter totũ qcqd ꝓmissum fuerit uitio ac mẽdacıs obumbrat. ℭ Nũc itaq; incipiẽtes ab ariete singulas ptiũ uires: atq; eaꝝ apotelesmata s̃m Sphæraꝝ Barbaricã proferemus.

ARIES.

IN Arietis prima parte: quicunq; habuerit horoscopum si beniuolarum stellarum radius accesserit nascẽtur reges: duces: prospere semper ducentes exercitum.

ℭ In Arietis parte. 2. qcũq; habuerint horoscopum: erunt contumaces fures: & qui sp p̃postero furore crassent domiciliũ suũ ad pegrinas regiões trãsferẽtes adhiberit. Si uero in hac pte hor. cõstitutꝰ Mars testimoniũ habuerit: & lunã de. □. uel de diãetro uiderit: prædictis facinoribꝰ detecti publica animaduersione plectuntur.

ℭ In Arietis parte. 3. quicũq; habuerit horoscopũ: erũt surdi: monoculi: stolido fatuitatis stupore confecti.

ℭ In Arietis parte. 4. qcunq; habuerit horoscopũ: erũt fures qui in isto facinore depræhensi occidentur.

ℭ In Arietis parte. 5. quicũq; habuerit horoscopũ magno populo p̃erit: & de rebus maximis iudicabit: & p̃ponet oibꝰ suis merito dignitatis erit iustus: ĩteger: sobrius: q religiones patris cum maxima ueneratiõe tueat: sed omni præconio bonitatis ornatus morte sua morietur.

ℭ In Arietis parte. 6. quicũq; habuerit horoscopũ: erit amicus regũ: & potentũ iudicũ maximorum illustribus ornatus: dignitatis insignibus: & omnia in se gloriæ ornamenta circũferens aliũ artis cuiusdam cõmendabunt merita: alius militaribus officiis p̃erit: sed hi morte sua morientur.

ℭ In Arietis parte. 7. quicũq; habuerit horoscopũ cum testimonio Iouis: erit athleta cuꝫ Martis uero testimonio gibbosus: biothanatus.

ℭ In Arietis parte. 8. qcũq; habuerint horoscopũ cũ testimonio maliuolaꝝ stellarũ erũt athletæ: sed quos nobilitent illustriuꝫ merita uirtutũ: sed hi post multa insignia biothanata peribũt morte. Si uero ad hãc partem beniuolaꝝ stellarum radius accesserit: erunt uates: maxima in animo diuini

tatis insignia præferentes.

¶ In Arietis parte.9.qcūq; habuerint horoscopū in prima ætate positi: biothanata morte moriuntur.

¶ In Arietis parte.10. quicunque habuerint hor. erūt perfidi: irreligiosi: impuri: s; hi uariis uitiorum ualitudinibus oppressi i prima ætate moriuntur.

¶ In Arietis parte.11.qcūq; habuerit hor. cū ioue: aut in ea de; parte cōstituto: aut de Trigono ptili radiatōe cōiūcto: erit potēs magnifice pferēs dignitatis insignia: quē regibus: aut potentibus uiris fida amicitiæ necessitudo coniūgat: diues ac fluēs grādia terrarum ac possessionum spacia possidēs famosus dux omni dignitatis honore cumulatus: & psosperis famæ testimoniis ad ornatus: & hic morte sua morietur.

¶ In Arietis parte.12. qcūq; habuerit hor. ioue & Venere in ipsa parte constitutis testimonio lunæ: uel si hanc eandem partem luna trigonica radiatiōe respiciat: erit præclarus: splēdore nobilitatis ornatus: diues longæuus morietur.

¶ In Arietis patre.13.qcūq; habuerint horoscopum: erunt steriles: quibus semp desiderata soboles denegætur: sed hi media ætate morientur.

¶ In Arietis parte.14. quicunque habuerit horoscopum: erit negociator: sed affluēntibus diuitiis instructus fœnerator: de mensis publicis colligens magna diutiiaræ subsidia: notus omnibus: semperq; perspicuus: hic locus textores faciet: uel qui lanas purpurasq; pertractent.

¶ In Arietis parte.15. quicunque habuerit horoscopum: erit impudica: libidinum labe pollutus: & impuris semper uitiis obligatus: cinædus publica dānatus infamia. Si uero mulier fuerit: similis eā ipuritatis libido percutiet.

¶ In Arietis parte.16.qcūq; habuerit horoscopum: assiduis intestinorum doloribus cruciabit: s; his laniatus morietur. Si uero fuerit fœia: in ptu extremæ uitæ munus iplebit.

¶ In Arietis parte.17.qcūq; habuerit hor. erit anceps: uenator: uel nutritor auium: uel feraræ. Si uero ad horoscopum testimonium Martis accesserit: a feris: uel a canibus lacerabitur: & morietur.

¶ In Arietis parte.18. quicunq; habuerit horoscopū: erit mulio: uel mularæ pastor: sed hic a modica bestiola: idest aut a spalāgione: aut a mure terraneo: aut a scorpione percussus morietur.

¶ In Arietis parte.19.qcūq; habuerit horoscopum: in primo ætatis uestibulo constitutus: morietur.

¶ In parte.20.Arietis qcūq; habuerit horoscopū.&.21.&.22: si ad ea; partē iouis prosperum accesserit testimoniū: uel si in ipsa pte iuppiter constitutus: erit diues: multaq; præclara ornatus sobole filiorū: uel multorū fratrū psidio munitus: sed hūc eūdē Regibus: uel potētibus uiris fida amicitiæ merita iūgant: erit cultor deoræ: omni præconio bonitatis ornatus: bonus: beniuolus: iustus: longæuus: fœlix in senectute: & qui morte sua moriatur.

¶ In.23.parte Arietis: qcūq; habuerit horoscopū: erit strumaticus: exulcerata malorū labe possessus: uel certe elephātiosus.

¶ In parte.25.Arietis: qcūq; habuerit horoscopum: erit aurifex: bractiator: aut marmorarius erit.

¶ In parte.26. Arietis: quicunq; habuerit horoscopum: ita erit timidus: ut per omnia horarum momenta uanis suspitionibus expauescat.

¶ In.27.Arietis parte: qcūq; hor. habuerit erit lanarius stricarius: textor.

¶ In parte.28.qcūq; habuerit horoscopū: laternas semper: cloacasq; mundabit: uel ad opus publicum damnabitur: sententia iudicantis.

¶ In parte.29. Arietis quicūq; habuerit horoscopum erit tonsor.

¶ In parte.30. Arietis quicunq; habuerint horoscopum: erunt insani: caduci: freneticı: oligochronii.

TAVRVS.

♉ IN Tauri parte prima quicũq; habuerit horoscopum: erit uates entheus: sed qui in templis uaticinari consueuerit.

¶ In. 2. parte Tauri quicũq; habuerit hor. baiulabunt stercora latrinas cloacasq; purgabunt.

¶ In. 3. parte Tauri: quicũq; habuerit horos. erunt famosi scænici: qui in sacris certaminibus consequantur insignia coronarum.

¶ In. 5. parte Tauri quicunq; habuerit horoscopũ Marte ibi posito: uel minaci radiatiõe cõiũcto: ex grauibus offensis morietur.

¶ In parte. 6. Tauri quicunq; habuerit horoscopũ erũt exoleti: ad omne uiciũ impuritatis applicati: reumatici cynædi: sed quos grauis semper pulset infamia.

¶ In parte. 7. Tauri quicunq; horoscopum habuerit: erit aruspex augur.

¶ In. 8. parte Tauri quicunq; habuerit horoscopũ nouis ac repentinis prouectus honoribus: subito morietur.

¶ In parte. 9. Tauri quicũq; horoscopum habuerint: erunt turpes: infames oĩum uitiorum labe polluti.

¶ In pte. 10. Tauri qcunq; habuerint hor. erũt mali: maligni malitiosi: & qui oĩbus infœlicitatis quassentur incõmodis: Sed hi biothanata morte morientur.

¶ In parte. 11. Tauri quicunq; habuerit horoscopũ: malignis humoribus: uitiato corpore intumescunt: & hydropici morientur.

¶ In parte. 12. Tauri: quicũq; habuerit horoscopũ: concremati ignibus pereunt.

¶ In pte. 13. Tauri: qcũq; habuerit hor. erit ppositus athletarum: uel magister palestræ.

¶ In pte. 14. Tauri: qcunq; habuerit hor. erit corpus eius fœdis odoribus possessum ut hircini fœtoris miser sp uirus exsudet.

¶ In pte. 15. Tauri: qcunq; habuerit horoscopum: erũt mẽdaces: & ab omni fide ueritatis separati: erunt etiam edaces gulæ: uẽtrisq; libidinibus seruientes.

¶ In parte. 16. Tauri: quicunq; horoscopũ habuerint erunt coinquinati.

¶ In parte. 17. Tauri: quicũq; habuerit horoscopum: erunt fabri: ferrarii.

¶ In parte. 18. quicũq; hor. habuerit: erũt serui humiles: pistores.

¶ In pte. 19. Tauri quicũq; horoscopũ habuerint: erunt steriles: & quibus semp filii denegentur. q si Mars in ipsa parte fuerit: aut ex alto cadentes: aut in humido loco: uel in aqua morientur.

¶ In. 20. parte Tauri: qcũq; hor. habuerit: erunt fœda impuritate polluti: cinædi miseris libidinibus seruientes. Si uero mulieris ista fuerit genitura: publice prostituetur in fornice.

¶ In parte. 21. Tauri quicunq; habuerit horoscopum: lanceati morientur.

¶ In pte. 22. Tauri qcũq; habuerit horos. erũt gibberosi ridiculi: & biothanati.

¶ In pte. 23. Tauri: quicũq; habuerit hor. erunt uoce rauci: lenones: cinædi: infamiæ semper labe polluti: q si beniuolæ stellæ: aut in ipso loco fuerit: aut in hunc eundem trigonica radiatione respexerit: erunt tragœdi comedi truces.

¶ In parte. 24. Tauri quicunq; hor. habuerint: erũt musici: sed si hunc eundem locum maliuolæ stellæ radiauerint: Biothanata morte morientur.

¶ In pte. 25. Tauri qcũq; hor. habuerint: erũt fullones: aut certe tonsores.

¶ In pte. 26. Tauri: qcũq; hor. habuerit: extincto uno oculo: ẽr surdi fient.

¶ In pte. 27. Tauri qcũq; hor. habuerint: erunt pantomimii: sed cinædi.

¶ In pte. 28. Tauri qcũq; hor. habuerint: multa possidebunt infinitis lucris acquisitus: illis diuitiarum cumulus accedet: sed in posteriori ætate erunt miseri.

¶ Inter cornua Tauri si quis habuerit horoscopũ: erit rex: uel dux: erit magnus: gloriosus: terribilis: & cui imperiũ nauale credatur: uel qui pedestrem ducat exercitum: subiugabit alias ciuitates: alias liberabit: sed huic imperpetuum soboles denegatur.

huic etiam fatis fœlices nascentur eunuchi & qb⁹ regni tuitio credať: multis multa ꝑ stabūt: decernunť illis imagines pariter ac tituli: ſ postea offenso principe mala mor te morientur. ℭ Oriť etiā cum Tauro na uis: qui ibi habuerint hor. erunt negociato res hilares ſemp & læti: quod ſibi ibi beni uola ſtella erit: erūt potētes naucleriī: qď & ſi Marti acceſſerit teſtimoniū & lunæ: & p mare: & p terras ducent exercitus: eqtibus peditibuſq; ꝑpoſiti: in ira pricipis aut indi gnatiōe morienť: qui autē in ipſa naui ha buerint horoſcopum: erunt nautæ guber natores: negociatores: aut fabri architecti nauium.

GEMINI.

IN prima parte Geminoꝝ: qcūq; habuerint hor. ſi in ea pte Satur nus quacūq; radiatōe reſpexerit: erūt potentes: magni: primi, puincīæ ſuæ: & ciuibus ſuis cū maximo honore metuen di: ſed hi morienť indignatiōe pncipis.

ℭ In pte.2. Geminoꝝ: qcūq; habuerit ho. Ioue illis uel Saturno poſito: pſertim ſi in opportunis genituræ locis luna collocata pleno lumine ad ipſos ferať: erit dux: quí equitum: peditumq; ducat exercitū: cui na uale cōmittať imperiū: ſubiugabit: pluri mos ignota ſibi uidebit loca: ut uſq; in lon ginqua loca poteſtatis etiā; denť inſignia erit ſane iuſtus: religioſus: plurimis multa præſtāt: ſuſceptis filiis morte ſua morieť.

ℭ In pte.3. Geminorū: qcūq; habuerit ho roſcopum: erunt ſacerdotes: uel principes: aut reges: ſacrorum.

ℭ In. 4. Geminoꝝ pte: quicūq; habuerit hor. erit maxima pulchritudine corporis ſpecioſi: quos regibus corporis pulchritu do cōmendet: ut in amorē eorum regis de ſideria ſemper æſtuent.

ℭ In.5. Geminoꝝ pte: quicunq; habuerit horoſcopū: erūt nobiles: & erecto ſupbiæ ſpiritu ſubleuati.

ℭ In.6. Geminoꝝ pte: quicunq; habuerit hor. erūt diuini enthei uates.

ℭ In.7. Geminoꝝ pte: quicunq; habuerit hor. erūt carceris: cuſtodiarūq; cuſtodes.

ℭ In.8. pte Geminoꝝ: quicūq; habuerint hor. ſi Mercurius in ipſa parte locum ha buerit: erunt muſici: ſi Mars ſalpiſtæ hi morienť in bello.

ℭ In pte.9. Geminoꝝ: quicunq; habuerit ho. præſente Marte: erūt oparū: latuarii: ppetuo infœlicitatis onere pgrauati.

ℭ In pte.10. Geminoꝝ: qcūq; habuerit ho roſcopū: pulmonis dolore morieť.

ℭ In.11. pte Geminoꝝ: quicunq; horoſco pum habuerint: erunt oplomachi.

ℭ In.12. pte Geminoꝝ: quicūq; hor. habu erit Marte præſente punctu teli morietur: mulieres autem in partu deficient.

ℭ In parte.13. Geminoꝝ: quicūq; hor. ha buerint: inflato uentre hydropici morieť.

ℭ In parte.14. Geminoꝝ: quicunq; horo. habuerit Marte pſente: de alto loco lapſus: miſera morte morieť.

ℭ In pte.15. Geminoꝝ: quicunq; hor. ha buerint: balneatores erūt mediaſtrini.

ℭ In parte.16. Geminoꝝ: quicūq; habuerit hor. erūt pantomimi. ſed quos multorum amoribus perſpicua pulchritudo corporis ſemper inſinuet: ſed erunt molli: & delica to corpore.

ℭ In pte.17. Geminoꝝ: qcūq; hor. habue rit: faciet eos pulchritudo & corporis; ma gnitudo pſpicuos: erunt ſane uerecūdi: & propter hoc amici Regum.

ℭ In parte.18. Geminoꝝ: quicūq; hor. ha buerit: erūt athletæ: exercitatores: paleſtri cis ſemper obſequiis deputati.

ℭ In pte.19. Geminoꝝ: qcunq; hor. habue rint Marte pſente: ferro morient: q; ſi Sa turnus in parte fuerit: aquam haurientes p petuis doloribus & laboribus deterentur. q; ſi luna ī ſquamoſis ſignis poſita plena lu mine ferať ad Martem uel minuta ad Sa turnum elephātiaci fiunť.

ℭ In parte.20. Geminoꝝ: quicūq; hor. ha buerit Marte pñte: habebūt populi guber nacula: & ei popularia iudicia credāť: ſ bio

thanata morte morientur.

¶ In pte.21.Geminoꝝ quicunq; horoscopũ habuerit: si Saturnus in eodẽ loco fuerit: & si luna bene sit collocata: erit affluentibus diuitiis gloriosus: nobilis: regũ amicus: paucoꝝ filioꝝ pater: aut paucoꝝ fratrũ frater: sed longæuus morieť.

¶ In parte.22.Geminoꝝ quicunq; horoscopum habuerit: erit cytharedus: musicus maxima ꝑferet: ex hoc nobilitatis isignia: & quem regibus amicitiæ necessitudo côiũgat: sed hic biothanata morte morieť.

¶ In parte.23.Geminoꝝ quicunq; horoscopum habuerit: erit uirtute strenuus in bello nobilis: & quem omnibus ob hoc ꝓsperum testimoniũ famæ cõmẽdet: s; iste sine filiis morietur.

¶ In parte.24.Geminorum quicunq; habuerit horoscopũ: Marte ibi posito: uel de diametro: uel de quadrato respiciẽte: de alto lapsi pereũt: uel fractis pedib⁹ interibũt aut a feris bestiis lacerati deficiunt.

¶ In parte.25.Geminoꝝ: quicunq; horosco.habuerit: erunt sacerdotes: aruspices ꝓphetæ: sed regibus fideli amicitia iuncti: q; si Saturnus in ea parte fuerit: faciet cynedos: sed qui regis indignatõe morienť.

¶ In.26.parte Geminoꝝ: quicunq; horoscopũ habuerint: erunt editui custodesq; tẽplorum: uel qui sacrorum officiis deputentur: aut hieroduli.

¶ In.27.parte Geminorum: quicunq; habuerint horoscopum: erunt caduci: mente capti: oligochronii.

¶ In parte.28.Geminoꝝ: quicunq; habuerint hor.erũt litigiosi: cõtẽtiosi: qui semp litibus cõtẽtionibusq; uersenť. Si uero.♂.in ipsa parte fuerit: uel si locũ ipm: uel quadrata: uel diametra radiatõe respexerit: lacerati a canibus sine filiis morienť.

¶ In parte.29.Geminoꝝ: qcunq; hor.habuerit luna in eadẽ parte cõstituta: erũt nobiles: non: sed in prima positi ætate moriẽtur. Q đ si in linea Geminorum fuerit horoscopus: & in eodẽ loco Mars fuerit inuẽtus: a bestia: uel a uipera percussi: pedem uel fœmur perdent.

CANCER.

IN: et oculos Caneri: qcũq; habuerint horoscopum: Orbi erunt: uel uni oculi.

¶ In.1.parte Cãcri: quicunq; habuerit horoscopũ: luna in eadẽ parte cõstituta: erunt negociatores nobiles: Radiante Saturno nautæ: piscatores: tabernarii: caupones.

¶ In.2.parte Cancri quicunq; habuerit horoscopũ: erunt nimia potentia ac nobilitate perspicui: uiolenti: qui alienam substantiam factiosa cupiditate possideant: ibunt sane per itinera infinita: sed morte repentina morientur.

¶ In.3.parte Caneri: si qui horoscopum habuerint: erũt negociatores: laboriosi: nõ uno loco consistentes.

¶ In.4.parte Cancri quicunq; horoscopũ habuerint: inimicos fere suos omni genere semper impugnant: & superiores efficiũtur in omni certamine.

¶ In.5.parte Cancri quicunq; horoscopũ habuerint: lumina eorum calculosis uulneribus imbuentur.

¶ In.6.Cancri parte quicunq; habuerint horoscopum: oculi eoru; peruersa semper acie uertuntur.

¶ In.7.parte Caneri: quicũq; horoscopu; habuerint: habebunt in capite tubera: sed si luna ad horoscopum feratur: erunt astuti impii: q; si lunam & horoscopum Mars radiauerit: latrocinantes crudeli feritate grassantur: sed hi aut in cruce tollunť: aut publica animaduersione peribunt.

¶ In.8.Cancri parte quicunq; horoscopũ habuerint: erunt cæci: hæc pars inter oculos Cãcri.1.in.4.parte nebula ẽ: de qua frequentissime diximus. nebulosa

¶ In.9.Caneri parte quicunq; horoscopũ habuerint: erũt nautæ gubernatores: q naues per omne pelagus periti artificii moderatione gubernent.

¶ In.10.Cancri parte quicũq; horoscopũ

[illegible] fue. venatores fa[illegible] qui principiũ voluptatibus [illegible]

habuerint: hæc oīa efficaci cōuersatiōe cō
plebunt. A. 25. ēt parte ♋. qui nati fuerint
Luna p̄sente: uel radios cōmendante erūt
oī fœlicitate btī: uel pueᵭi: sed hi se stupris
adulteriisq̧ cōmaculabūt quoꝝ adolescen
tía laudet: posterior uero īfamet ætas: hoc
idē & ps hæc ī mulieꝝ genitura decernit.

LEO.

IN prima Leonis parte quicunq̧
horoscopum habuerint: erunt le
nones rauca uoce ore puti: hoc ex
illis partibus: quæ in ore sunt: simili ratio-
ne perficitur.

¶ In. 2. Leonis pte: quicūq̧ horoscopum
habuerint: erunt reges potentes: sed quo-
tienscunq̧ ad eundem locum Mars uene-
rit: aut Saturnus: grauia illis belloꝝ certa
mina concitātur: in hac parte stella limpi
da est de qua diximus in præcedentibus.

¶ In. 3. pte qcūq̧ hūerit hor. erit Rex: du-
plex possidēs regnū: multas ꝓuīcias uirtu-
tis suæ ptātibꝰ associās: sꝫ in hac pte hæc ea
dem stella radios suos ostendit.

¶ In. 4. Leonis parte quicūq̧ habuerit ho
roscopum: erit uenator.

¶ In. 5. Leonis pte: qcunq̧ habuerit hor.
erit Athletarum magister: uel auctor.

¶ In. 6. Leonis parte: qcunq̧ habuerit ho
roscopum: athleta nascetur.

¶ In. 7. Leonis parte quicūq̧ habuerit ho
roscopū: erit himnologus.

¶ In. 8. Leonis parte quicunq̧ horoscopū
habuerit: erit ex quodā artificio clarus: &
nobilis: si beniuolæ stellæ hoc idem fecerīt
erūt cinœdi pātomimi: mulieres uero me
retrices: quæ pudorem suum passiuis libi-
dinū cōuersationibus uendant.

¶ In. 9. Leonis parte quicūq̧ horoscopuꝫ
habuerint: erunt obstetrices: alienos filios
nutrientes. ꝙ si Luna in horoscopo fuerit:
crescens lumine: artestātibus beniuolis stel
lis: regum: uel potentum filios nutrient.

¶ In. 10. Leonis pte qcūq̧ habuerit horo
scopum erit dux nobilis sapiens. Si uero
Mars hor. lunamq̧ uiderit gladitor erit.

VIRGO.

IN prima Virginis pte: quicunq̧
habuerit horoscopum: & si Lūa
plena luminibus: uel si prosperū
horoscopum testimonium perhibeat: erit
magna nobilitate p̄spicuus: erit postea cuꝫ
Rege: uel cum regina insinuatus: merito lit
teraꝝ: habebit plurimos insinuata potesta
te. Sed si Mars hunc radiauerit locum: erit
cinœdus: morietur auteꝫ in humidis locis.

¶ In. 2. Virginis parte quicunq̧ horosco-
pū habuerit: uel in qnta: uel ī sexta erūt spe
ciosi: sacerdotes ꝓphetæ. aruspices: magna
nobilitate perspicui: religiosi: potentes: ha
bentes maxima diuinitatis insignia.

¶ In. 7. Virginis parte quicunq̧ horosco
pum habuerint: crescente Luna: uel in ho-
roscopo constituta: erunt sacerdotes aruspi
ces: diuini: religiosi: potentes: aduersarios:
cum summa auctoritate semper opprimē-
tes. Quod si Iuppiter & Mars hunc eūdē
radiauerint locum: erunt duces: sed qui cō
tra barbaros exercitū ducētes pergant. Sꝫ
si Mercuriꝰ testimonium perhibuerit: erūt
præpositi thesaurorum: & fœneratores.
Quotienscunq̧ autem Saturnus ad hūc
locum uenerit: in magna penuria constitu
entur. Si Iuppiter Solus in loco fuerit om
nia decernentur fœlicitatis insignia. Si Lu
na crescens lumine Ioui commendauerit:
radios: cum potentibꝰ pulchritudinis me
rito fida illos amicos necessitudo cōiūget:
ꝙ Si Venus in ipo loco fuerit: faciet mulie
res prostitutas. Si uero sub ipsa spica hor.
fuerit: pictores faciet: sed qui iter collegas
suos habeant principatū. Si uero iuxta spi-
cam fuerit horoscopus: erūt infœlices: pau
peres: miseri.

¶ In. 8. Virginis parte: quicunq̧ horosco-
pum habuerint: idest in ipsa spica: erunt re
ligiosi: iusti: magnifica nobilitate p̄spicui:
affluentibus diuitiis ornati: & qui gaudeāt
sobole filioꝝ: sed ī pueᵭa ætate morienť.

¶ In. 9. Virginis parte quicunq̧ habuerit
horoscopum: erunt luctatores: & qui in oī

bus certaminibus consequant insignia coronarum.

¶ In.10. Virginis pte qcūq; habuerit horoscopū: erunt latrones: effrenata cupiditate semper immundi.

¶ In.11. Virginis pte quicūq; habuerit ho. erit athleta: sꝫ q gloriosæ cōsequat Nobilitatis reportans insignia: diuites: ac diuituꝫ mulierum maritus: sed morte uiolēta morietur.

¶ In.12. Virginis pte quicūq; habuerit horoscopum: erūt iusti religiosi: maxima dignitatis insignia reportantes: erunt ꝓphetæ: sacerdotes: erunt uel magnorum templorum: uel ciuitatum: uel prouinciarum rectores: sed his frequenter populorū iudicia credentur: habebunt autem ex infortuniis filiorum maximos dolores.

¶ In.13. Virginis parte quicūq; ho. habuerint: erunt cytharædi: uel hymnologi.

¶ In.14. Virginis parte quicunq; horoscopum habuerint: erunt musici.

¶ In.15. Virginis pte quicunq; hor. habuerint: erunt elegantes: qui uirginum concubitus sepe sectentur. habebunt in fœmore uitiū: & eos frequenter uitiosis humoribus concretus sanguis inquietabit.

¶ In.16. Virginis parte quicunq; horoscopū habuerit: erūt magni: plura negotia tractātes: sed biothanata morte morientur.

¶ In.17. Virginis parte quicunq; habuerit horoscopum: erit gladiator: publicis uoluptatibus deputatus.

¶ In.18. Virginis parte: quicunq; horoscopum habuerint: erūt beati: & ꝑimi sacerdotes: docti: amici regum: & qui a mulieribus semp amentur: q si Mars in ipsa parte fuerit: uel in occasu partis: mulieris causa publica morte plectētur.

¶ In.19. Virginis parte qcūq; hor. habuerit: erit architectus: structor panetarius: uel marmorarius.

¶ In.20. Virginis pte: qcūq; hor. habuerit: erūt musici: cytharedi: cātica dulci uocis modulatione cātantes: sed hi ad clientelas patronoꝫ pertinebunt: obsequiis semper amoris sibi gratiam comparantes.

¶ In.21. parte Virginis: quicunq; hor. habuerint: idest in extremo pede: erunt homines: qui plurimis se negociorum generibus inuoluāt: sed his frequēter iudicia credentur: quidā amicitias affectabūt iudicū.

¶ In.22. parte Virginis qcūq; hor. habuerit: quæ pars i extrema linea ē: artentabitur dæmone. Quod si Mars aut in ipsa fuerit parte: aut in occasu partis: a piratis capti interficientur in mari.

LIBRA.

IN prima parte Libræ qcunq; habuerit hor. erit pulchro corpore: & amabilis gratia uenustatis ornatus: q si Saturnus in hac parte fuerit: oī corpore incolumis.

¶ In.2. parte Libræ: quicunq; horoscopū habuerīt: & ibi plurimæ sunt stellæ: in quibus sunt aliæ fœmininæ: aliæ masculinæ: quicunq; in masculinis stellis habuerīt horoscopū: erunt hymnodici: nobiles: quib⁹ deoꝫ secreta credantur: qui uero in fœmininis habuerint stellis: erunt cinœdi gratia semper urbanitatis perspicui.

¶ In.3. parte Libræ quicūq; habuerit hor. erūt sacerdotes: iusti. longæui.

¶ In.4. parte Libræ quicunq; hor. habuerit: erit cytharædus: musicus: dulcisonis uocibus ornatus.

¶ In.5. parte Libræ quicūq; habuerit hor. erunt diuites: copiosi: & qui semper in iudiciis uersabuntur.

¶ In.6. parte Libræ: quicunq; horoscopū habuerint: erūt diuites: multa negociationis officia tractantes.

¶ In.7. pte Libræ quicūq; horoscopū habuerint: & Marte in ipsa parte constituto: a piratis capti: crudeli morte morientur: aut a bestiis magnis lacerantur.

¶ In.18. parte Libræ quicunq; hor. habuerit. erit balneator mediastrinus.

¶ In.9. parte Libræ quicunq; horoscopum habuerit: erit aleator populari: notione per-

ſpicuus. hæc autem pars etiam in litteris ue hementer peritos efficit.

¶ In.10.parte Libræ quicunq; horoſcopū habuerit: erit cinædus: publica pulſatus in famia: q; ſi mulieris fuerit iſta genitura: erit paſſiuis libidinū cupiditatibus proſtituta.

¶ In.11.parte Libræ quicūq; horoſcopum habuerit: erit talis: q; hydropicus moriet̃.

¶ In.12.parte Libræ quicunq; horoſcopuꝫ habuerit in iudiciis: cum omni notitia uer ſabuntur.

¶ In.13.parte Libræ: quicūq; habuerit horoſcopū: erit religioſus: iuſtus: cui publica iudicia credantur: & quem rex amico diligat ſemper affectu: ſed hic prouecta ætate ſua morietur.

¶ In.14.parte Libræ quicunq; horoſcopum habuerit: erit ſculptor: & qui Deoruꝫ ſimulachra mito artificis pignore perficiat.

¶ In.15.parte Libræ quicunq; habuerit horoſcopum: erit regina ſine filius oligochronia biothanata morte morietur.

¶ In.16.parte ſi quis boroſcopum habuerit: erit negociator: ſed qui peregrinas merces aduehat ſemper.

¶ In.17.pte Libræ quicūq; horoſcopū habuerit in ſeptentrionali.ſ.parte: ſi luna bene poſita: ac beniuola plena lumine ferat̃ faciet litteratos ſcribas regum: uel quibus dictandi committatur officium: magno nobilitatis honore perſpicuos.

¶ In.18.parte Libræ quicunq; horoſcopuꝫ habuerit: in crusem iuſſu Imperatoris tolletur: aut præſente imperatore torquebitur: aut iuſſu principali ſuſpendetur: ſed tūc cū mars in ipſa parte fuerit inuentus.

¶ In.19.parte Libræ quicunq; horoſcopū habuerit: in curſu repentino hoſtiū capiet̃.

¶ In.20.parte Libræ: quicunq; horoſcopum habuerit in ſeptentrionali.ſ.parte: erunt medici famoſi: famoſa artis nobilitate pſpicui. Si uero Mars in ipſa parte fuerit inuentus: habebunt actus de menſuris: & ponderibus: ſed ſine filiis morientur.

¶ In.21.parte Libræ: quicunq; habuerint horoſcopuꝫ: erūt geometre oligochronii.

¶ In.22.parte Libræ: quicunq; habuerint horoſcopuꝫ: ſi Mars in ipſa pte fuerit inuētus: de alto lapſi: uel pcipitati: crudeli morte morientur.

¶ In.2 .parte Libræ: quicunq; horoſcopū habuerit: erit aut rex: aut regina: ſed multis relictis ſuperſtitibus ferro morietur.

¶ In.24.parte Libræ quicunq; habuerint horoſcopum: erunt negociatores: qui peregrinas merces aduehant in nauibus. Si uero Mars in ipſa pte fuerit: uel in occaſu erit: a piratis capti morientur.

¶ In.25.parte Libræ quicūq; habuerit horoſcopū: erit faber: ferrarius: uel q res metallicas exerceat.

¶ In.26.parte Libræ: quicunq; horoſcopum habuerit: erit textor gerdius: ſed cuius animus inſaniæ ualitudiue ſepe quatiatur.

¶ In.26.parte Libræ quicunq; horoſcopū habuerit: erit pigmētarius: uel Thurarius.

¶ In.28.parte Libræ: qcūq; hor. habuerit erunt diuites ſacerdotes.

¶ In.29.parte Libræ: qcūq; horoſcopum habuerint: erunt religioſi: iuſti: beniuoli: oi bonitate ornati.

¶ In.30.pte Libræ quicūq; horoſcopū habuerint: erūt mēdaces: uerboſi: affluētia ſermōis inflati: q; ſi bēiuolæ ſtellæ illic fuerit collectæ: erūt medici magni: pegrinatores biothanati. In Boote qcūq; habuerit hor. erūt diuini aſtrologi artis caldeicæ periti.

SCORPIVS.

IN prima Scorpii pte quicūq; habuerit horoſcopum: erit incantator: qui latentes dolores mitiget poteſtate uerborum.

¶ In.2.Scor.pte qcūq; hor. habuerit: erūt turpes: meretricio ſqualore ſæpe polluti.

¶ In.3.Scor.pte qcūq; hūerint hor. erunt nani: giboſi: ridiculi.

¶ In.4.Scor.pte qcūq; hor. hūerint: erūt nani: regū uel impatoꝝ delitiis deputati.

¶ In.5.pte si quis hor.habuerit:luna bene posita:erit nobilis:iustus:religiosus:q pcla ro affinitatis ornat⁹ consortio habebit plurimos liberos. Sed si ex magisterio:uel interpretationibus habebit uitæ substãtiam erit regis scriba lfaꝝ tractãs officia sua:hũc fida amicitia regũ nobilitabit.

¶ In.6.Scor.parte qcũq hor. habuerint : erũt sacerdotes diuites:liberos multos habentes:sed frequenter exiguu; indignatione moriuntur.

¶ In.7.parte Scor.quicunq hor.habuerit:a bestiis morietur.

¶ In.8.Scor.parte quicũq hor. habuerit: erunt opifices:sed hi aut ab aspide:aut a uipera percussi morient.

¶ In.9.pte.m.qcũq hor habuerit erit hortulanus:hortorũ semp culturis applicatus.

¶ In.10.parte Scor.qcũq horos.habuerit in prima ætate morietur.

¶ In.11.parte quicunq hor.habuerit: erit entheus sacerdos:dans respõsa quærẽtib⁹.

¶ In.12.parte qcũq hor.habuerit seruus tẽploꝝ:uel sacroꝝ obsequiis deputatus.

¶ In.13.parte Scorp.si qui hor. habuerint luna in aliquo cardine cõstituta:erũt iudices: famosa dignitatis insignia reportãtes de alioꝝ iudicũ sententiis iudicãtes: hñtes uitæ necisq maximã potestatẽ:sed hæc illis ptãs decernit:ab anno.30.uel.35. S; hi & uxores sortient:& suscipient filios: habebunt clameteras:& pericula:anno.27.& 42.& 58.quæ pericula si erũt anno.66. morient:sed erũt cũ quodã uitio:aut gladio: aut ferro morietur:uel in aqua:uel repẽte.

¶ In.16.pte qcunq habuerint horoscopũ erũt pistores:q si luna ĩ quocũq signo claræ stellæ fuerit:erũt iudices cũ magna licentia ac potestate : q si Mars in deiectis locis fuerit inuẽtus:faciet spiculatores:s; his ipsis gladio ceruices amputabuntur.

¶ In.17.pte Scor.qcũq habuerit hor. erit aurifex: inaurator:bractearius.

¶ In.18.parte Scor.quicũq hor.habuerit a bestiis laceratus morief.

¶ In.19.pte Scor.quicunq hor.habuerit: bene posita luna:erit magna potẽtia fœlicitatis ornatus:uitæ & necis habebit maximã potestatẽ. q si Iuppiter hor.quacũq radiatione respexerit:ptãs ẽt tanta erit:ut regali imperio cõparet:sed in republica erit nimiũ negligẽs:hic offẽso pricipe morief

¶ In.20.pte qcũq hor.habuerit : erit dux potẽs bellator q psperе ducet exercitũ infinitas uictorias faciet: cuius uirtus & gloria regalibus cõparet imperiis elatus nimio fœlicitatis augmento de attentando imperio rebelli cogitatõe tractabit: erit audax temerarius relinquẽs supstites filios:igne uel offenso rege morief.

